onē logicā ignorauit. qz oibus sciētibus logi
cā iste regule sunt note **A**b inferiori ad supius
affirmatiue r̃ sine distributiōe est formalis cō
sequētia. **D**e quocūq; p̃dicat sp̃s de eodē p̃di
cat gen? **A** quocūq; negat gen? ab eo negat q̃
liber eius sp̃s. **A** supiori ad inferi? cū distribu
tiōe est bona p̃na. r̃ multe alie tales. q̃ omēs p̃
p̃dicatā positionē negant. q̃ tm̃ oibus sciētibz
logicā sunt manifeste. **A**liud falsum accipit
q̃ aliq̃ in diuinis p̃nt differre fm̃ ratiōez. **Q**uis
nō d̃nt fm̃ rem. qz sicut p̃batū est impossibile
est aliqd̃ qd̃ est in deo differre rōne a quocūq;
qd̃ est in deo. **E**t si dicat q̃ eālitras r̃ similitu
do r̃ silr sapia r̃ bonitas r̃ b̃mōi d̃nt fm̃ rōez
r̃ nō fm̃ rem. nec sunt fm̃ rē idē. qz nō sunt res
s̃ rōes tm̃. **H**oc nō valet qz dicit q̃ nō d̃nt bz
rem ab essentiā s̃ fm̃ rōem tm̃. quero tūc. **A**ur
vult q̃ sapia q̃ est realit̃ diuina essentiā r̃ diu
na essentiā d̃nt fm̃ rōez r̃ nō fm̃ rē. **A**ur q̃ sa
piētia q̃ est rō tm̃ r̃ nō est realit̃ diuina essentiā
r̃ diuina essentiā d̃nt fm̃ rōem tm̃ r̃ nō fm̃ rē
Si detur p̃mū. hoc est impossibile. illud p̃batū
est p̃us. qz illa sapia q̃ est realit̃ diuina essentiā
et diuina essentiā nullo mō d̃nt fm̃ rōem. **S**i
detur sc̃dm. hoc etiā p̃ esse falsuz. qz illa sapia
r̃ essentiā se h̄nt sicut res r̃ rō. s̃ res r̃ rō nō pl?
d̃nt fm̃ rōem q̃ fm̃ rem. qz sic rōne vni? extre
mi qd̃ est rō d̃nt rōe. ita eadē rōe: rōne alteri?
extremi qd̃ est res debent differre realit̃. **A**lit̃
d̃: ad q̃stiones. r̃ p̃mo dicit de eālitrate p̃p̃ie
sumpra. sc̃do de ip̃a generalr sumpra. tertio q̃
lis est eālitras in p̃posito. q̃rto de p̃clusiōe p̃n
cipali. **D**e p̃mo d̃: q̃ fm̃ p̃m v. metha. ca.
de relatiōe distinguit tres relatiōes fundatas
sup vnū. s̃ idē. s̃ ille. eale. loquēdo de istis stricte
et p̃p̃ie appropriātur distinctio generibz. vt
idē itras s̃bz. eālitras q̃ritati. r̃ silitudo q̃litari
Dicit tm̃ q̃ fundamentū remotū istarū relati
onuz est res generis illi. puta equalitatis fun
damentū est res de g̃ie q̃ritatis. r̃ sic de alijs.
Proximū tm̃ fundamentū vel p̃ria rō fundati
est vnitas talis rei. qz sup rē talis generi vt di
uerfa est fundant relatiōes disquipatie. r̃ non
cōes. **D**e sc̃do d̃z. q̃ qd̃ cūq; ens est in se qd̃: et
bz in se alique determinatū gradū in entibz. r̃
est forma vel habens formā. r̃ fm̃ s̃ sic pōt tri
plex relatio cōiter sumpra. qz idē itras sup qd̃
libz ens inq̃rū est qd̃. equalitras inq̃rū bz ma
gnitudinē aliquā p̃fectiōis. silitudo inq̃rū est
eale r̃ q̃litas qd̃a. r̃ b̃ mō idiuina eiusdē sp̃ei
sunt essentialr s̃lia. **S**ic g̃ fundamentū idē ita
tis eālitras silitudinis s̃ mō cōiter sumpre est
ens in cōi. ita r̃ ille relatiōes sunt trāscēdētes.

E
Scdm falsum

E
Scda r̃ n̄ ad q̃
stionē q̃rtor: fac.

Primū

Secundū

Tertiu
Quartu

Id
Recipit etiā falsa
Primū

De tertio q nulla res cōis stricte sumpta dē
de deo sed relatio transcēdēs. Quarto dē q
p sone sūt pfecte eqles fm magnitudinē. qz il
la magnitudo ē infinita 7 eadē nūcro in ipis.
Ista opinio accipit aliq̄ falsa vt mibi videtur
Primo q dicit q vnitas est prima rō fundādi
nō res illi⁹ generis. Primo qz illud quo posito
cū tmino ponit relatio etiā et oī alio circūscri
pro est prima rō fundādi illa relatiōez. s̄ posita
q̄ritate hac 7 q̄ritate illa oī alio circūscripto
ponit eq̄litas vel ineq̄litas. s̄ h̄ q̄ritas ē priā
rō fundādi. Pretea posita hac albedine 7 il
la ponit s̄ silitudo. s̄ h̄ albedo est prima ratio
fundādi. Pretea res alicui⁹ generi pōt eq̄ ime
diare fundare relatiōē silitudinis vl̄ eq̄litas
vel idētitatis sicut relatiōē alterius modi. s̄
res alicui⁹ generi pōt eē rō prima fundādi res
latiōē alteri⁹ modi. s̄ 7c. Adāio: p3 qz tal̄ res
latiō imēdiat⁹ puenit sibi. Cū fm quāritates
eq̄le vel ineq̄le dici est ppriū quāritati. s̄ ista i
mediatiōē sibi puenit. Pretea quero de illa
vnitate q̄ est rō prima fundādi aut est vnitas
realis numeral̄. aut est vnitas specifica. Non
vnitas specifica. tuz qz fm p̄s pbata. vnitas
specifica nō est aliq̄ res vna distincta quocūqz
modo a reb⁹ indiuiduis. 7 p̄s nō pōt esse rō
fundādi vnā relatiōē numero. tū qz vnā rela
tio h3 vnā rōem fundādi numero. qz sic relatō
in cōi ad rōem fundādi in cōi. ita relatiō vna
numero ad rōem fundādi vnā numero. tuz qz
prima fundamēti nō pōt separi a relatōe po
sito termino. s̄ vbi cūqz est vnitas illa. ibi esset
s̄ silitudo vna numero. 7 p̄s cum fm istos
ista vnitas specifica sit in tmino istius silitu
dinis. ista silitudo ē in tmino illius silitudis.
qd ē incōueniēs fm oīs. Nec pōt dici q illa
vnitas sit vnitas numeral̄. qz q̄ro de illa nume
rali. Aut ē idē realr cū sorte q̄ est fundamētuz
remotū idētitatis aut aliud realr. aut t̄m ens
rōnis. Si def̄ p̄mū. s̄ res de ḡne sbe est primū
fundamētū. 7 h̄ p̄positū. Si def̄ scdm op3 qz
sit accēs. s̄ manifestū est q nullū pōt dari. qz
nec q̄ritas nec q̄litas 7 sic de alijs. Si detur
tertiū. s̄ ens rōnis eēt p̄ ma ratio fundamēt
relatiōis realis. qd ē ipossibile. Si dicat q il
la vnitas est eadē realr cū sorte. distinguat t̄m
formalr. 7 id ē in ḡne sbe nō p se s̄ p reductōez
Cōtra p̄s pbatū ē q in creaturis nihil disti
guat formalr nisi distinguat realr. Pretea
illud est fundamentū p̄ mū idētitat̄ quod est
idē idētitate. s̄ indiuiduū p se c̄ns ē p̄mo idē.
s̄ 7c. Itē s̄ h̄ q dicit q̄ in scdo articulo. q iste
relatiōes sūt transcēdētēs. aut itelligit q̄ relatō
silitudis q̄ sor̄ ē s̄lis platonī. 7 relatio eq̄litas
q̄n⁹ āgel⁹ ē eq̄l alteri vel ineq̄lis. 7 sic de alijs

Secm falsum

est relatio transcēdēs. aut hoc cōe similitudo
7 hoc cōe eq̄litas est transcēdēs. Si p̄mo mō
hoc videt̄ cōtra p̄ncipia sua esse. qz alibi pbat
q silitudo est realit̄ differēs a fundamēto. p̄ h̄
q fundamētū pōt esse sine silitudine. 7 ipossibi
bile est idē separi a seipō. Eodē mō arguo in p
posito. qn̄ vnū pōt eē sine alio. illa nō sunt idē
realit̄. s̄ āgelus pōt eē sine similitudine. qz des
structo alio āngelo nō est silitudo. s̄ illa silitu
do d̄t realr ab isto āngelo. 7 ex hoc arguo vltra
ista silitudo si d̄t ab āngelo op3 q sit accēdēs. 7
p̄s est in determinato genere. 7 nō nisi in ge
nere relatiōis. s̄ nō plus est ista relatio transcē
dens q̄ quecūqz alia. Confirmat̄ rō. qn̄ qd̄lis
bet p̄tentū sub aliquo cōi est p se determinati
generis illud cōe est p se determinati generis. s̄
q̄libet talis silitudo in creaturis est determina
ti generis. s̄ 7c. Et isto p3. qz ex h̄ q licz ens di
uerfox generū pōt esse fundamētū istarū rela
tionū. nō sequit̄ istas relatiōes nō esse determi
nati generis. sicut ex hoc qz h3 aliquos q̄litas
est in reb⁹ diuerfox generū subiectiue. nō pōt
argui q̄ q̄litas ille nō sunt determinati generi
Si intelligit scdo mō. s̄ nō pōt dici nisi qz est
cōe eq̄litas diuinarū psonarū 7 alijs eq̄litas
bus creaturarū. s̄ ita posset poni vnū cōe eq̄li
tati fundare sup q̄ritatē 7 eq̄litas diuinarū p
sonarū. 7 p̄s tūc esset transcēdēs illud cōe si
cut scdm. 7 h̄ qz nulla est rō ad pbandū qz res
latiōes eq̄litas idētitatis 7 silitudinis stri
cte sumptę sunt magis in genere relatiōis. q̄ ad
pbandū de alijs relatiōibus idētitatis eq̄litas
7 silitudinis q̄ fundātur in alijs reb⁹ alioz
p̄dicamētoz. Et idō circa istā q̄stionē ponā
vnā distinctionē de magnitudine. Scdo vnā
aliā de eq̄litate. Tertio vidēdū est qd sit equa
litas. Quarto ondēdū est q p sone diuine sunt
equales. 7 q̄ est rō eq̄litas diuinarū psonarū
Circā primū dico. q magnitudo vel magnū
q̄drupliciter accipi pōt. s̄ largissime. 7 sic idē est
qd pfectio vel pfectū. 7 sic loquit̄ beat⁹ Aug⁹
sermo de trini. q in h̄js q̄ nō mole magna sunt
est idē meli⁹ qd maius esse. 7 isto mō q̄ h3 res
est magna vel magnitudo qdaz. Aliē accipit̄
large pro oī cōtinēre plura. siue illud sit vnū p
se. siue aggregatic. siue q̄litas. 7 isto mō di
cit beat⁹ Aug⁹. qz aia ē maior seipā qn̄ recipit
frutes. Istō mō etiā nūcus d̄: magn⁹ 7 vnus
nūerus maior alio. 7 popul⁹ magn⁹ 7 exercit⁹
7 mot⁹ magn⁹ 7 t̄ps magn⁹. Tertio mō accipi
tur stricte p aliquo cōtinēre plura eiusdē rōis
faciētia p se vnū. siue illa distinguātur loco 7
situ siue nō. 7 isto mō albedo in c̄sa est magna
7 maior albedine remissa. Quarto mō accipit̄
strictissime p aliquo p̄ncipē plura eiusdē rōis

Circā q̄stionē q̄
tuoz facit

Primus

faciētia p se vnū loco ⁊ situ distincta. ⁊ sic ponitur p dīcamētū distinctū ab alijs. ⁊ talis magnitudo vocat qritas. ⁊ sic loquitur beatus Augustinus qm dicit q deest sine qualitate boni ⁊ sine qritate magni. Circa scdm dico q quod triēs dicit magnū vel magnitudo toties dicit equale vel ineqle. Tm pmo mō dicit qlibz res alteri equalis vel ineqlis. q: qliber res est aliq re pfectior vel impfectior. et tūc dicit ineqlis. vel est eque pfecta. ⁊ sic dicit eqlis. Scdo mō dicit vnū nūerus equalis alteri qm tot sunt in vno nūero quot in altero. Distinctio illoz mōdoz pty. q: nūerus triū equoz est equalis nūero triū hoīm. ⁊ tm maior pfectio est in trib' hōibus q in trib' eqs. Tertio mō dicit albedo eque intēsa equalis alteri eque intēse. qm vna albedo sit in maiori subiecto q alia. ⁊ p pns sit i equalis fm extēsiōe. Quarto dicit vnū extēsiū equalis alteri extēso. Et est hic aduertēdū q dfa est inf modos magnitudinis vel magni et inf modos eqlitat. qm modi magnitudinis vel magni ordinātur sicut supius et inferi. siue p se siue p accidēs nō curo mō. q: omē qd est magnū qrtō mō. est magnū trib' pms modis ⁊ nō ecōuerso. ⁊ oē qd est magnū tertio mō est magnū pms duob' modis ⁊ nō ecōuerso. ⁊ oē qd ē magnū scdo mō est magnū pmo mō et nō ecōuerso. Sed modi equalis vel inequalis nō nō sic ordinātur. qm aliqua pnt esse eqlia qrtō mō: qm nō sint eqlia aliquoz triū pmoz mōz ⁊ sic de alijs. pty. q: albedo ⁊ aliqua sba pposita sunt equalia qrtō mō. ⁊ tm nullo alioz mōz.

Si qrat qles sunt isti modi. Dico q nō sunt nisi modi accipiēdi idēz nomē. ⁊ diuersimode significatiōes eiusdē noīs. ⁊ sic frequēter itelligo qm assigno tales modos. Circa tertiu dico q si teneat opinio que ponit relationē esse quādā rē aliā ab absolutis. sicut ponit a nullū tūc dicēdū fm eos q oīs equalitas alicui rei vni create. siue simplicis siue ppositae ex trib' eiusdē rōis vel alteri. est qddā accidēs et res alia adueniēs sibi. Nec video rōem qm illa eq litas vel inequalitas qua vnus āgelus est eq lis vl inequalis alteri sit accidēs ⁊ res alia ab āgelo alio. ⁊ res p se in genere relatiōis. sic eq litas vni extēsi. si illa opinio sit vera. Cui rō est. q: porissima rō ad pbandū eq litatē extrin sece rez aliā est p sepabilitatē. sed ista rō est eq pcedēda de quacūq; equalitate rei create. sic pty applicāti. Si aut teneat opinio alia q eq litas silitudo pmitas filiatō ⁊ hōi in creaturis q dicūtur relatiōes nō sint alie res ab absolutis. sic hoies cōiter ymaginātur. tūc dico q equalitas quocūq; mō accipiat est nomē vl cōcept' ipozans res distinctas absolutas in

creaturis dico nec est ibi aliqd imaginabile a parte rei nisi absolutū. qm noīa vl pceptus sint distincti. Et ppe ⁊ de virtute fmōis loquēdo. tale nomē abstractū de nulla re nec de alio quo supposito p cise p re vere p dīcat. sic de claratum est pns. Circa quartū dico q persone dīne sunt eqles fm magnitudinē. accipiēdo magnitudinē pmo mō. ⁊ eq litatē pmo modo. Sed accipiēdo eq litatē vel magnitudinē alio quo alioz modoz nō sunt eqles fm talez magnitudinē. q: nulla talis magnitudo reperit in eis. Primū pty. q: oīs res pparata alteri rei vel est ea pfectior ⁊ impfectior vel eq pfecta. s vna psona nō est alia pfectior vel impfectior. s eq pfecta. ⁊ p pns est sibi eqlis fm pfectōez ⁊ p pns s; magnitudinē. Sed h sunt aliqua dubia. Primū an vna psona dicat eqlis alteri ppter vnitatē eēntie. vel ppter etiā realitatē relatiōis. Scdz quō ista eq litas distīguat a silitudine psonarū ⁊ idētitate. Tertiu ptra p dīca. q: videt q eq litas sit relatio fundata in vnitatē fm p m. v. metha. Ad p m istoz dico q fm modum loquēdi sanctorū magnitudo in dīnis ē quoddā mere absolutū. sic sapia et eēntia. q: magnitudo q d' est s; scōs nullo mō plus distīguat ab eēntia q eēntia ab eēntia. ⁊ isto mō loquēdi vsi sūt h hereticos ne cōcederent tres psonas eē tres magnitudines. Et iō dicēdū est isto mō loquēdo q tres psoz nō sunt eqles fm eēntiāz ppter vna essentiaz erūtē in eis. Et isto mō loquēdo nō est pcedēdum q p est formalr magnitudo. sicut nec est formalr eēntia. ⁊ ita pmitas ex se nec est eq lis filiatōi nec ineql. s tm ppter idētitatē eēntie. q est eadē realr tā cū pmitate q cū filiatōe. et isto mō loquēdi pōt pcedi q relatio nec est formalr finita nec infinita. sicut nec est formalr magna nec dīna eēntia. Sed accipiēdo magnitudinē p oī realitate positua ⁊ eēntie realr. ⁊ sic pōt cōcedi q psonae sunt eqles ppter relatiōes fm magnitudinē relatiua. qm isto mō loquēdi pmitas ex se est qdaz magnitudo. sic ex se est quedā eēntias realr. ⁊ ex se est pfecta imo ex se est pfectior oī creatura. ⁊ ex se est res cui repugnat oīs impfectio. ⁊ p pns vna psoa fm magnitudinē relatiua est eqlis alteri. sic ē sibi eq l fm magnitudinē absolutā. Ad scdz dico q silitudo. eq litas. idētitas nullā distīctōne impoztāt in dīnis nisi distīctōne psonarū ⁊ p pzetatū. nec ē ymaginādū q eq litas sit aliqd reale i psonis quoquomō. vel s; rōez vel ex natura rei distīctū a silitudine que sit aliqd reale in dīnis psonis. s silitudo ⁊ equalitas ipozāt dīnas psonas hntes eadē eēntiaz nūero. ⁊ iō dicunt equales ⁊ siles. Ad tertiu

Secundā.

Quartū

Dubia
Primū dubiū

Secundū dubiū
Tertiu dubiū

Ad primū

Tertiu

Ad scdm

Ad tertiu

dico qd pbs male allegat. qz pbs nuq dicit q
 silitudo. equalitas. idēitas fundat in vnitare
 nec q vnitatis sit. pria rō fundandi. Un postq
 pbs exemplificavit de diuersis p̄tētis sub pri
 mo mō relatiuoz dicit sic. Nec g ad aliqd oia
 fm numerū distinguunt 7 numeri passionēs.
 Et ampli' egle 7 sile 7 idē fm aliū modū. sz ei
 vnū dicunt oia. Eadē nāq quoz vna est sba.
 similia nō quoz qualitas ē vna. Equalia vero
 quorum quāritas est vna. Unum autē numeri
 p̄ncipiū 7 metru. quare h oia ad aliqd dicunt
 sz nūerū qdē. nō eodē aut accidit mō. Ex ista
 auēte nō hī q vnitatis ē fundamētū tal' relatiōis
 et nō ipa res. s hī q illud qd ē equale vel sile ē
 vnū 7 nō multa nec nūerus. Per oppositū ad
 aliā p̄tēta sub p̄mo mō relatiuoz. Et si dicat
 q h expō pcedit ppositū. qz sicut numer' se hz
 ad alias relatiōes. ita ps numeri se hz ad istas
 relatiōes. s vnitatis est ps nūeri. g sicut nūer' ē
 fundamētū aliarū relatiōnū. scz duplicitat. dis
 mīditat. et sic de alijs. ita vnitatis erit funda
 mentū silitudis 7 equalitatis. Pretea dic pbs
 q illa sūt filia quoz qualitas ē vna. g vnitatis il
 la p̄supponit silitudinē. Ad p̄mū dico q nūe
 rus nō est res alia supaddita reb' nūerat. s im
 portat ipas res nūeratas. 7 ita sicut nō pōt eē
 numer' fundamētū 7 nō ipē res. ita nec vni
 tatis pōt esse fundamētū relatiōis 7 nō ipa res.
 s de h postea patebit magis. Ad scdm dico
 q dupl'r pōt itelligi dicit pbi. qn dicit q silia
 sūt illa quoz qualitas ē vna. Unō mō q vni
 tatis sit quoddā cōe ad silitudinē. equalitates.
 7 idēitatis. ita q vnitatis qualitas sit silitudo
 vnitatis q̄ritatis sit equalitas. et sic vnitatis nō
 est fundamētū illarū relatiōnū. s erit vnum
 cōe. 7 iō dicit pbus q silia sunt quoz qualitas
 est vna. h est quoz qualitates sūt eiusdēz spēi.
 aut pōt sic itelligi. Silia sunt quoz q̄litas ē
 vna. h est illa sūt silia. qn vniuscuiusq̄ illorum
 est vna q̄litas. ita scz q ppter vnā qualitates
 et nō ppter multas q̄litas d: aliqd sile alre
 ri. 7 eodē mō de alijs. 7 h p oppositū ad cōrēta
 alia sub p̄mo mō relatiuoz. qz in illis nō pōt i
 ueniri tale relatiuū. nisi ppter multa saltē a
 parte alicui' extremi. sicut nō d: binarius du
 plus ad vnitatē vel ad vnū nisi ppter multa.
 qz binari' importat multa. nō sic de silitudine
 qz ibi a pte vtriusq̄ extremi debet eē vna qua
 litas. 7 nō multe a pte vni' extremi. 7 ita magi
 habet q qualitas que est vna est fundamētuz
 silitudinis. q̄ q vnitatis si distinguat a re sit fū
 damentū silitudinis. Ad primū p̄ncipale di
 co q opposita. positine p̄tia nata sunt fieri cir
 ca idem. 7 h opposita absoluta. Alia aut nō o3
 posse fieri circa idēz. Nam nō omē qd pōt eē n

homo pōt eē homo. nec omē quod pōt creare
 potest creati. Nunc aut eglitas 7 inequalitas
 nō sunt p̄tia absoluta. Ad scdm dico q acci
 piendo magnitudinē p aliquo' absoluto sic nō
 est aliqua magnitudo in vna p̄sone q nō sit in
 alia. sū accipiēdo magnitudinē p quacūq̄ re
 alitate positina. q̄uis aliq̄ talis magnitudo re
 latiuā sit in vna p̄sone q nō sit in alia nihil mi
 nus vna p̄sone equalis ē alteri. qz vna magni
 tudo relatiua vnius p̄sone est ita p̄fecta sicut
 alia nec distinctio magnitudinū repugnat eq̄
 litati. Sed qn d: q plures relatiōes sūt i vna
 p̄sone q̄ in alia. Dico q nō. qz spiratio et p̄mit
 tas nō sūt plures relatiōes. q̄uis nō sūt idē
 formali. Ad aliud pcedo q magnitudo abso
 luta p se nullo mō distinguit ab eētia. 7 ideo
 dico q silitudo 7 idēitas nō sūt aliqua disti
 cta in deo. nec tū sūt noia synonyma. nō p̄p̄
 distinctionē in deo. s ppter distinctionē crea
 ture cui sūt aliquo mō cōia. Ad aliud q ma
 gnitudo q̄ est spēs q̄ritatis q̄ est p̄dicamentū
 nullo modo p̄dicatur d deo. sed magnitudo
 primo modo dicta nō est species cuiuscūq̄
 p̄dicamenti. **Questio. ij.**

Secundo quero.
 Utrū qliber p̄sone sit in alia per
 circūinfectionēz. Unō. qz q̄uis
 p̄ncipiatum sit in suo p̄ncipio. tū
 p̄ncipiū nō est in suo p̄ncipio. qz si p̄ncipiūz
 eēt in p̄ncipio. tūc p̄ncipiūm haberet aliqd
 esse p̄ductionem p̄ncipiari. qd est manifeste
 falsum. sed p̄ est p̄ncipiūz filij. g p̄ nō ē i filio.
 Pretea in quocūq̄ est p̄ in eodē est p̄mitas
 g si in filio est p̄. in filio erit p̄mitas. s in quo
 est p̄mitas ipm est p̄. g filius est p̄. qd est ma
 nifeste falsum. Pretea sequit. a est in b. et
 b est in c. g a est in c. g eodē mō sequit. pater ē
 in filio. 7 fil' est in p̄. g pater est in p̄. s p̄ns
 est falsus. g aliq̄ p̄missarū est falsa. Ad oppo
 situm Job. xiiij. ego in p̄. 7 pater in me est. di
 cit saluator. In ista questione est p̄ctio certa
 ex auēte scripture. sed p̄ quē modū vna p̄sone
 sit in alia 7 eōuerso. est difficile videre. Ideo
 p̄mō vidēdū est q̄lis sit illa inexistētia. Scdo
 que sit rō istius. Circa primū dico q pōt itel
 ligi triplex inexistētia. quedā est p̄ continentia.
 quedā est p̄ p̄ntiā cū carētia cuiuscūq̄ distans
 tie. 7 quedā est p̄ p̄ntiā intimā cū p̄substans
 tialitate. Exemplū p̄mi sicut aliqd est in loco
 Exemplū scdi. de āgelo exite in loco. vel si an
 gelus eēt in supiori parte corporis celestis. v'
 si angelus eēt in aliquo corpore omni loco de
 structo. tūc eēt in illo nisi per p̄ntiā. q̄a
 esset p̄ns sibi. Tertio mō est vna p̄sone diuina

Instat p̄mo

Scdo R Ad p̄mū

Ad scdm

Z Ad p̄mū p̄n.

Ad scdm

Ad tertū

Ad quartū

Questio II

Ad nō p̄mo

Scdo

Tertio

In oppositū B Circa q. duo sūt

Primū

in alia. qz vna psona est alteri intime pns. et e
 consubstantialis ei. 7 hoc vocat esse p circumin
 sessione. **Q** aut sic possit dici vna psona ee in
 alia p circumin sessione. pot ostendi. qa no plus
 repugnat vni psonae ee in alia p circumin sessione
 et e conuerso qz toti repugnat ee in suis partib
 et e conuerso. sed fm p h m. iiii. phi. totu e in par
 tibus suis et e conuerso partes sut in toto. ergo
 eodem modo vna psona est in alia 7 e conuerso.
Doc pfirmat. qz si vna psona no posset esse in
 alia 7 e conuerso. h eet. qz nihil pot ee in alio. et
 e conuerso. vel ppter ideritate reale essentie cu
 vtraqz psona. vel qz no est sufficiens distinctio
 inter psonas. vel qz vna no continet vel am
 bit ab alia. 7 e conuerso. sed primus no impedit
 sicut pbatu est. qz totu est in partib suis 7 e co
 nuerso. **E**t sicut fm p h m vbi supra. gen est in spe
 cie 7 spes in gne. Nec scdm impedit. qz totu 7
 pres sue realr ide sunt. **N**ec tertiu. qz psonae res
 aliter distinguunt. **N**ec quartu. qz no est de roe
 illi in quo est aliqd ptenere 7 ambire illud. sic
 p qz pres no ptenet nec ambiut totu. **D**ico g
 qz vna psona ee in alia 7 e conuerso no est aliqd qz
 vna psona ee intime pntee alteri 7 sibi p biale.

Ad scdm dico qz aliqd ee roem qre aliqd co
 uenit alteri pot ee duplr. vel qz primo uenit
 illi. 7 id uenit alteri. **U**el qz no uenit vni pri
 mo ipm tm necrio erigit ad h qz ueniat illi. 7
 h pot esse duplr. **U**el qz ipz est ca illius alteri
 qd uenit alteri. **U**el qz est aliqd importatus
 p illud qd couenit h est qd p dicitur. **E**xempluz
 primi. si boi couenit ee susceptibile discipline
 qz couenit aie primo q est ps bois. 7 ideo coue
 nit homini. 7 sic dicit p h s. v. phi. qz bo sanat.
 qz torax sanat. **E**xemplu scdi. aia est ro qre bo
 mouet. no qz aia primo moueat. sed qz est prin
 cipiu motus pgressiu in boie. **E**xemplu tertij
 ta materia qz forma est ro qre ppositu est corru
 ptibile. qz p hoc p dicitur coruptibile ta mate
 ria qz forma importat. si em expmam qd nois
 bui qd d. coruptibile. debet dici qz corupti
 bile est aliquod ppositu ex materia 7 forma. cu
 ius forma pot no ee in materia. **A**d pposituz
 dico qz pmo mo nec relatio nec essentia est ra
 tio isti inexistie. qz neutri ppetur ille due pdis
 tiones ee intime pns tanqz realr distinctum 7
 sibi ee psubstantialia. **S**cdo etiā mo nec eentia
 nec relatio est ro istius inexistie. qz no est yma
 ginandū qz illa inexistia sit aliqd a pre rei quo
 cuqz mo distinctū a psonis causatu in eis. 7 id
 no est ca illius tanqz alicuius realis. **T**ertio mo
 ta eentia qz relatio est ro isti inexistie. qz si exp
 mat qd nois debet dici qz inexistie alteri e reali
 ter ab illo distinctū qd ee no pot sine relatioe
 sibi intime pns n p biale qd no pot ee sine eent

ria. 7 ita ta relatio qz essentia iporat p hoc qd
 dico inexistie. **A**d pmo pncipale dico qz qn
 pncipiu 7 pncipiatu sunt mutuo sibi p sen
 tia 7 psubstantialia. tuc pncipiu est in pncipia
 to 7 e conuerso. 7 ita est in pposito. **E**t qn dicit
 qz tuc pncipiu haberet aliqd esse p pductione
 pncipiatu. **D**ico qz habere aliqd esse p pductio
 ne alius est duplici. **U**el p pte. qn p tale p du
 ctione aliqd reale informas sibi acquirif. vel
 ipm in esse reali pducif. **U**el qz posita tali p
 ductione aliqd de nouo sibi aduenit. ita qz ali
 quid de eo p dicitur qd sine pductione tali nullo
 mo de ipso vere p dicitur. **P**rio mo pat nulluz
 esse habet p hoc qz est in pncipiatu suo. sic nec
 aliqd esse acquirif p p hoc qz est in creatura
 sua. in qua no fuit are creatione. **S**cdo mo no
 est in coueniens. na illo mo aliqd couenit patri
 ex tēpore p pductione creaturaru. sicut dicit
 dñs ex tēpore 7 creator. et nullo mo essent ille
 vere nisi creatura pducere. **A**d scdo dico qz
 nec illo mo quo pat est in filio est pntitas in
 filio. tm p pntia est in filio. siue tm aliquo mo
 sit in filio siue no. no est dicendū qz fili est pat
 qz pntitas no constituit filiu. **A**d tertiu dico
 qz ista no est pna generalis. a est in b. 7 b est in
 c. g a est in c. sicut no sequit. pres sunt in toto.
 7 totuz est in partibus. g pres sunt in partibus.

Distinctio. vicelime. Questio vnica.

Circa distinctio
 nem vicelima qro. **U**trū pso
 ne diuine sint eqles fm poten
 tia. **N**o. qz no minoris po
 tētie est pducere diuinā plo
 nā qz creaturaz. s si vna psona
 posset pducere creaturā 7 no alia no eent eq
 les fm potentia. g multo magis cu vna psona
 possit pducere personā diuinā 7 alia no possit
 ea pducere. diuine psonae no erūt eqles fm po
 tentia. **P**retea. illa psona q non est oipotens
 no est eqlis fm potentia psonae oipotēti. sed fi
 lius no est oipotens. et pat est oipotens. g 7 c.
Assumptū p r. qz sequit. filius est nullipotes.
 ergo no habet potentia generadi. g eodez mo
 sequit affirmatiue. fili est oipotēs. g habz po
 tentia generadi. p regulā illā. qz p eisdē fit dis
 tributio in affirmatiua 7 in negatiua. et p pns
 ad eadē cōringit descēdere. sed hec est falsa. si
 lius habet potentia generadi. ergo hec est fal
 sa. filius est oipotens. **C**onfirmat. qa sequit
 arguēdo a supiori ad inferius. filius nullā ha
 bet potentia. g filius no habet potentia gene
 radi. g similif sequit. fili habz oipotētia. g fi
 lius habet potentia generadi. pns est falsuz. g
 añs. 7 certū est qz pat habet oipotētia. g pat

D
Ad primuz pncipale.

E
Ad secundū

Ad tertium

Distinctio. XX

Questio I

Et non primo

Secundo

Confirmatio.

In oppositū
B
Circa q̄ tria sūt

Prīmū

Secundū

D
Opinio ip̄o.

et filius nō sunt eāles s̄m potentia. Ad op̄
positū est maḡ in s̄ra. ⁊ p̄bat per auct̄es beati
Augustini. Circa istā questionē ē sic p̄ceden
dum. p̄mo dādus est intellectus q̄stionis. Se
cūdo respondendū est ad questionē. Tertio vī
dēdū est quō rōes beati augustini concludāt
p̄ quas p̄bat p̄sonas dīnas esse equales s̄z po
tentia. Circa p̄mū dico q̄ nō debet eē inelle
ctus q̄onis supponēdo potentia esse aliq̄d re
ale distinctū quocūq; mō a dīna eēntia ⁊ dīu
nis p̄sonis siue s̄m rez siue s̄m rōem. ⁊ querere
an s̄m illud p̄one dicant̄ equales. sed debz eē
intellectus questionis supponēdo q̄ p̄sone
dīvine aliq̄d possunt. s̄ est possunt in aliquoz
actū querere an possint in eadē vel ineq̄lia. et
hoc s̄m numerū vel s̄m p̄fectionē. ita q̄ aliqui
dicunt̄ aliqua s̄m potentia equalia. ⁊ tñ nulla
est eq̄litas nisi inter effectus eoz que dicunt̄
equalia s̄m rōem. Circa sc̄dm dico q̄ m̄bivi
detur q̄ in ista questione s̄m q̄ tractāt eā do
ctores in ista distinctōe magis est difficultas
vocalis q̄ realis. qui em̄ dicūt q̄ potētia de q̄
est hic questio ē cōe ad potentia generandi et
spirandi ⁊ creādi. ita q̄ potētia sit idem quod
potētia p̄ductiua siue ad eē siue ad intra. hñt
dicere p̄ter q̄ pater et filius nō sunt equales
s̄m potētia sed extēnsionē. q̄ hoc nō est aliud
q̄ dicere q̄ quecūq; p̄ducit̄ ilia potest p̄duce
re pater. eadē pōt p̄ducere filius. Vel si p̄ po
test p̄ducere aliquod p̄ducibile qd̄ pōt p̄duce
re filius. eodē mō fili⁹ possit p̄ducere aliquod
p̄ducibile qd̄ nō poterit p̄ducere p̄. quozum
vtrūq; est falsuz. q̄ filius nō pōt p̄ducere om̄e
p̄ducibile a patre. nec etiā pōt aliq̄d p̄ducere
qd̄ nō sit p̄ducibile a p̄re. Et eodē mō p̄portio
nabilit̄ dicendū est de p̄re ⁊ sp̄scō. Et eodem
modo dicendū est. si oipotens includat poten
tiam q̄cūq; p̄ductiua siue ad intra siue ad eē.
q̄ filius nō est oipotēs. q̄ tūc eq̄ualeret illi. fi
lius pōt p̄ducere om̄e p̄ductiū vel p̄ducibile
quod est manifeste falsum. Et s̄z p̄ opinio
nō valet. q̄ ponit q̄ potētia ḡnandi p̄inet ad
oipotentia p̄ris ⁊ nō ad oipotentia filij. Cur⁹
rō est. q̄ qñ dico oipotentia. intelligit̄ signuz
distributiū cū distribuibili. Et tūc q̄ro an sit
distributio p̄ potētia aut p̄ obiecto potētie. et
siue sic siue sic quicq̄d sibi addat̄ p̄ eisdē sit di
stributio. q̄ p̄ eisdē sit distributio qñ d̄: oipotē
tia p̄ris. ⁊ qñ d̄: oipotētia filij. ⁊ ita potētia ge
nerandi vel p̄inet ad potētia vtriusq; v̄l neu
trius. Qui aut̄ dicūt q̄ potētia in p̄posito ac
cipitur p̄cise p̄ potētia effectiua vel causatiua
q̄ est solū respectu factibilituz ad eē hñt dicere
q̄ tres p̄sone sunt equales s̄m potentiam.
quia quicquid tale est factibile ab vna p̄sona.

et ab alia. et ita perfecte ab vna sicut ab alia.
Ideo respōdēs ad formā q̄stionis. Dico q̄ ex
quo loquendū est vt auctores et sancti. aucto
res sancti nō intelligūt illā equalitatē nisi pe
nes obiecta factibilia ad extra. ⁊ q̄cūq; est fa
ctibile ab vna p̄sona ⁊ a qualibet. Dico abso
lute q̄ p̄sone dīvine sunt equales s̄m potētia
Ratio autē quare sancti sic vtebātur fuit ista.
q̄ ip̄i loquebātur cōtra hereticos volentes fi
liū nō esse oipotentē: s̄ esse impotētiore patre
⁊ impotētiore ⁊ minore. ⁊ idō sancti oipotentia
que necessario cōuenit cuilibz p̄fectissimo: cui
libet p̄sone attribuebāt. ⁊ ideo q̄ potentia ge
nerandi vel spirandi nō cōuenit cuilibz p̄fectis
simo: q̄ aliq̄s poterit esse p̄fectissimus. ⁊ si nō
possit generare vel spirare. ideo talē potentia
nō cōprehēdebāt sub potētia. nec sub oipotē
tia. qñ dicebāt q̄ p̄sone dīvine sunt eāles s̄m
potentia. ⁊ q̄ q̄libz p̄sona est oipotēs. Illud
p̄z per magistrū in littera vbi dicit sic. Sciē
dū est q̄ nō est oipotentior pater filio. nec pater
vel fili⁹ sp̄scō. nec maiorē potentia hñt duo
vel tres simul q̄ singulus eoz. Et sequit̄ q̄ au
gustin⁹ rationib⁹ ⁊ auctoritatibus p̄babiliter
astruit in libro cōtra maximinū. q̄ dicebat pa
tre potētiore ⁊ meliore filio. Et quo p̄z. q̄ san
cti asserētes eq̄litate s̄m oipotentia ⁊ potētia
de p̄sonis dīuinis loquebātur cōtra hereticos
dicētes potentiorē patre esse ⁊ meliore filio. q̄
si aliq̄d posset ad extra pater qd̄ nō posset filius
hoc etiā p̄z p̄ beatus Augustinū libro tertio
contra maximinū. ⁊ magister allegat in s̄ra di
cēs. S̄z forte dicerēs. s̄. maxime heretice. eo
ip̄o pater maior est. q̄ de nullo genit⁹. genit⁹ tñ
equalē. Ad qd̄ cito respōdebo: imo iō nō est
pater maior filio. q̄ equalē sibi genit⁹ originis
em̄ est q̄stio illa q̄s de quo genit⁹ sit. eq̄litas
aut̄ qualis aut̄ quātus sit. vult dicere q̄ qñ q̄ri
tur. an pater sit eq̄lis filio. nō est q̄stio de origie.
an fili⁹ sit a patre. sed est q̄stio qualis aut̄ quā
tus sit filius. hoc est an sit ita p̄fectus et om̄ia
alia potēs sicut pater. q̄a penes talia attrēditur
eq̄litas. nō penes hoc q̄ sit v̄n⁹ ab alio. Et idō
dicit beatus Augustin⁹. Nec cū dicit̄ fili⁹ a p̄re
genit⁹ ostēdit̄ ineq̄litas s̄be. s̄ ordo nature. nō
quo alē esset p̄or altero. s̄ quo alē ex altero est
Et quo p̄z. q̄ q̄stio principalis est de eq̄litate
s̄m potentia. ex qua sequit̄ eq̄litas vel ineq̄li
tas s̄m p̄fectionē. ⁊ s̄m p̄pter dicta hereticoz.
Et iō dicit magister nō s̄m hoc q̄ genit⁹ p̄ ⁊
filius genit⁹ est vel sp̄scūs. ab vtroq; p̄cedit
equalitas ibi exit. q̄a nō s̄m hoc aliqua p̄sona
aliq̄ equalis v̄l ineq̄lis dicit̄. Circa tertiu sc̄iē
dūz. q̄ beatus Augustin⁹ libro tertio cōtra maxi
minū p̄bat equalitatē filij ad patre. Primo p̄

E
Ritio ad formā
questionis

f
Obiectio

Responso

B
Tertiu

Prima ratio

auc. saluatoris. Jobis. xvi. oia q̄ habz pat. mea
 sūt. s̄ oipotētia bz p̄. ḡ oipotētia bz filiū. et p̄
 p̄ns est p̄ri equal̄ fm̄ potentia. Sc̄do arguit
 p̄ rōem. si p̄ nō genuit filiū sibi equalē. aut h̄
 fuit q̄ noluit. vel q̄ nō potuit. si def̄ p̄mū fuit
 inuidus. si def̄ sc̄d̄. ḡ fuit impotēs. quoz̄ utrū
 q̄ est in cōueniēs. Tertio arguit p̄ silē. q̄ pat̄
 carnal̄ si posset ḡnaret filiū sibi equalē. ḡ mul-
 tomagis p̄ eternū si posset ḡnaret filiū sibi eq̄
 lem. sed hōiem nō ḡnare filiū sibi equalē argu-
 it impotētia. ergo et deū illud non posse argu-
 it impotētia in eodē. Iste rationes partim
 tenent p̄ auctoritatē. partim per p̄positiones
 natural̄ noras. partim simpliciter fundant̄ i
 auctē que sic est intelligēda. q̄ oia q̄ bz pater
 q̄ nō h̄re ponit impfectionē in nō habēte habz
 filiū. 7 iō q̄ nō h̄re oipotētia de qua loquitur
 br̄is Aug. ponit in nō habēte impfectionē. iō
 eā bz filiū. Un̄ Augu. nō intēdit aliud pbare
 de filio. nisi cui carētia nō p̄t eē sine ipfectōe
 et iō q̄ carētia potētie ḡnandi nō ponit in ca-
 rente impfectionez nō p̄t et auctē saluatoris
 potētia ḡnandi cludi de filio. Sc̄da ratio et
 tertia fundant̄ in auctē quā cessit maximū
 sc̄z q̄ deus p̄ genuit filiū naturalē 7 in p̄pōne
 natural̄ nota. q̄ nūq̄ tanta pfectō repugnat
 formal̄ filio natural̄ q̄ta est in p̄re natural̄.
 s̄ q̄ filius natural̄ est impfectior p̄re. vel est ex
 impotētia p̄ris. q̄ nō p̄t statiz deducere filiū
 ad pfectionē equalē quā bz vel ex nolitōe qua
 nō vult h̄re filiū sibi equalē vel parē. 7 ideo nō
 adhibet oēm diligentia 7 r̄tutē quā p̄t vr̄ fili-
 us pfectus pducā. Ex istis arguit br̄is aug.
 q̄ ex quo etiā fm̄ maximū. p̄ genuit filiū na-
 turalē. iō filio nō repugnat formal̄ tanta pfe-
 ctio q̄ta est in p̄re. 7 p̄ns carētia tāte pfectō
 nis nō p̄t p̄petere ex se. ḡ aliunde. 7 certū est
 q̄ nō nisi ex p̄re. s̄ ex p̄re nō potuit sibi p̄petere
 nisi vel p̄pter impotētia p̄ris. q̄ nō fuit potēs
 sibi dare pfectionē sibi nō repugnāte ex natu-
 ra. Vel p̄pter inuidiā p̄ris. q̄ noluit h̄re filiū
 sibi equalē. cui tñ nō repugnat eq̄lis pfectio.
 Et ita ex dictis p̄z q̄ sci solū loq̄bant̄ de eq̄li-
 tate fm̄ potentia quā p̄sequit̄ eq̄litas fm̄ pfe-
 ctionē. 7 talis est eq̄litas fm̄ potentia q̄ respi-
 cit factibilia eē 7 eodē mō de tali oipotētia lo-
 quebant̄ 7 nō de alia. Et rō ad h̄ mouit eos. q̄
 de tali potētia 7 oipotētia loq̄bant̄ taz p̄bi q̄
 heretici cōtra quos sancti disputabāt. Sz p̄
 p̄dicta sunt aliq̄ dubia. Pr̄mū qd̄ sit ista eq̄li-
 tas. an sit aliq̄ absolutū vel respect̄ quidam
 Sc̄dm q̄ videt̄ q̄ potētia ḡnandi sit fm̄ se
 quedā potētia. 7 p̄ p̄ns quicūq̄ caret illa potē-
 tia. aliq̄ potētia caret. 7 ita filius nō h̄ret oipo-
 tentia. Assumptū p̄z q̄ oipotētia est ad oē id

quod nō includit p̄dictionē. ḡ ze. Terriū du-
 bium est cū sit h̄ quedā distributio cū de oipo-
 tentia quid distribuit. 7 p̄ quo sit distributio.
 Ad p̄mū istoz̄ dico q̄ ista eq̄litas nō ē aliq̄d
 tale absolutū vel respect̄. sicut hōis cōit̄ yma-
 ginant̄. immo stricte 7 de r̄tute fm̄onis loquē-
 do equalitatē potētie eē in diuinis psonis nō
 debet alr̄ intelligi q̄ p̄ r̄tutē eq̄litas de p̄dis
 cat̄ de diuinis psonis. vr̄ h̄ sit simplr̄ vera. p̄fōe
 sunt eq̄les. 7 ita dico p̄portōnabilr̄ q̄ sub tali
 intellectu potētia eē in deo h̄ est q̄ h̄ sit sim-
 pliciter vera. deus potest creare vel producere.
 7 sic intelligūt sancti q̄ dicūt eq̄litas eē in
 diuinis. 7 potētia 7 efnitatē 7 incorruptibilita-
 tem 7 h̄mōi. q̄ deus vere est eternū creatiuus.
 et sic de alijs. Ad sc̄dm dico q̄ accipiēdo po-
 tentia sicut sci accipiūt. sic potētia ḡnandi nō
 est potētia. sicut nec potētia ḡnandi ē pfectio
 Et si dicat̄ q̄ fm̄ br̄m Aug. sequit̄ si p̄ nō po-
 test ḡnare filiū sibi eq̄lē. ḡ est impotēs. ḡ posse
 ḡnare est simplr̄ posse. Dico q̄ p̄na est bona. q̄
 si p̄ nō p̄t ḡnare filiū sibi equalē. ḡ est impo-
 tens. s̄ ex h̄ nō sequit̄ q̄ posse ḡnare est posse.
 sicut mō loq̄mur. sic bñ sequit̄. p̄ nō est de. ḡ
 est impotēs. vel ḡ nō est oipotēs. et tñ et h̄ nō
 sequit̄ q̄ de est quoddā posse. Ad p̄batōem
 dico q̄ oipotētia sicut mō loq̄mur nō respicit
 oīm illud qd̄ nō includit p̄dictionē. Hoc ē dī-
 ctū q̄ oipotēs nō p̄t efficere oē illd̄ qd̄ nō in-
 cludit p̄dictionē. q̄ nō p̄t efficere deū. oipo-
 tēs tñ p̄t efficere oīm factibile qd̄ nō icludit
 p̄dictionē. 7 oīm aliud a deo qd̄ nō includit p̄-
 dictionē. Ad tertiū dī q̄ sit h̄ distributio p̄ri-
 mo p̄ potētia p̄equalitā. q̄ p̄mū distributū
 h̄ic est potētia. q̄ est terminū v̄lis fm̄ equalitatis
 triam. Et secūdario sit distributio p̄o obiecto
 possibili. Sed q̄ hoc nō est logice dictū. nolo
 insistere ad improbandū. Sed dico q̄ om̄ipo-
 tentia est v̄nū nomen equalēs v̄ni signo distri-
 butio et suo distribuibili cū v̄no alio termino
 in recto. q̄ oipotens idem est quod potēs fa-
 cere oia factibilia. itaq̄ h̄ factibile v̄ factibi-
 lia distribuūt. 7 n̄ potētia. nec fm̄ potētia v̄lis
 nec fm̄ p̄dicatōez nec fm̄ cālitate. nec fm̄ pfe-
 ctioez. q̄ si eēt duo dī oipotētes d̄ v̄troq̄ dī-
 cere q̄ eēt oipotēs. 7 tamē neutrius potētia
 cōtineret potētia alterius p̄ talem sup̄e qua-
 lentiā pfectionalē. Ad p̄mū p̄ncipale dico
 q̄ accipiēdo potētia illo modo quo loqui-
 mur ad p̄sens posse producere diuinam p̄s-
 sonam nec est minoris potētie. nec maioris.
 nec equalis q̄ posse pducere creaturam. quia
 non est posse. sicut nec posse esse deum est pos-
 se. Hoc est posse pducere diuinam psonā nō
 est posse efficere aliquod factibile. tamen tale

Sec̄da
 Tertia
 Solutio rōnū
 Pr̄mū dubiū
 Sec̄dū dubiū

Tertiū dubiū
 Ad p̄mū dubiū
 Ad sc̄dm
 Ad tertiū
 Ad p̄mū p̄n.

Ad scdm

Ad corumatores

Distin. XXI

Questio I

Et sic pmo

Secdo

Tertio

Quarto

In oppositu

Opinio pma

posse bene inferre maximam potentiam competere illi quod potest producere creaturam. ita intelligere oia et esse deum inferre maximam potentiam competere illi. Ad secundum dico quod filius est omnipotens. sed ex hoc non sequitur quod habet potentiam generandi. Et quoniam dicitur sequitur est nulli potens. non habet potentiam generandi procedo. sed ex hoc non sequitur aliam potentiam esse bonam. nisi hic argueretur a superiori ad inferius. quod non est verum. sicut nec hoc arguitur a superiori ad inferius. prout est nulli potens. quod prout non est filius. et ideo non sequitur affirmatiue. prout est omnipotens. quod prout est filius. Per hoc ad contrariationem. quod hic non arguitur a superiori ad inferius filius nullam habet potentiam. quod non habet potentiam generandi. quod potentiam generandi non est inferius ad distributum in antea. Quis illa potentia sit bona et teneat per aliam proponere scilicet istam. illud quod nullam habet potentiam non est deus. et per consequens non potest generare deum.

Circa distinctio

ne. xxi. quero. Utrum hec sit concedenda de veritate s^umonis solus pater est deus. Videtur quod sic. quod utraque exponens est vera. scilicet quod pater est deus. et nihil aliud a patre est deus. quod hec exclusiua est vera. Secundo sic. si hec esset falsa non esset nisi quod excluderet alie persone. sed alie persone non excluduntur. etc. Ad tertium est manifesta. Ad notandum per boetium. quod maior est identitas vnius persone ad aliam quam accitris ad subiectum vel totius ad partes. sed dictio exclusiua addita accitris vel totius non excludunt partes nec subiectum. quod cum ista. tamen homo est albus. stat quod partes hominis sint albe. et cum ista tamen albus est fortis. stat quod homo sit fortis. quod cum ista. solus pater est deus. stat quod filius sit deus. Preterea vnum correlatiuorum non excludit reliquum. ergo cum ista. solus pater est deus. stat quod alie persone sint deus Preterea sequitur. solus deus est pater. quod solus pater est deus. antea est verum. quod omnis potentia per se peruersionem. Ad oppositum sequitur. solus pater est deus quod nullus alius a patre est deus. omnis est falsum. quod et antea. potentia per se. quod arguitur ab exclusiua ad suam exponente. Circa istam materiam est vna opinio que ponit quod dictio exclusiua addita vni correlatiuorum non excludit reliquum. cuius ratio assignatur. quia predicatione exclusiua non excludit aliquid quod est de intellectu termini cui additur. sed vnum correlatiuum est de intellectu alterius. etc. Ad notandum per boetium. quod illud sine quo aliud non potest intelligi. nec diffiniri nec esse. est de intellectu quod dicitur in ipso. Sicut vnum relatiuum magis est de intellectu alterius quam rationale est de intellectu hominis. quia rationale potest intelligi sine boie. vnum

autem relatiuum non sine reliquo. etc. Et si istas diceret ad questionem quod hec est vera. solus pater est deus. quod cum ista stat quod filius sit deus. Sed ista opinio non est vera. quod dictio exclusiua addita alicui subiecto excludit omne illud a quo idem subiectum negatur. sed vnum correlatiuum vere negatur a reliquo. sicut hoc est vera. filius non est pater. etc. Preterea si predicta hec esset concedenda tamen creatura est. quod quicquid non est creator est creatura. ergo si creator non excluditur. ista stant simul. tamen creatura est. et tamen creator est. Ideo aliter dico. sicut coiter dicitur quod hoc est distinctio. solus pater est deus. eo quod solus potest capere cathegorematicam vel sine cathegorematicam. et utroque modo est falsa. Utrum dico quod si hic solus capiat sine cathegorematicam. adhuc potest dupliciter accipi. vno modo pure exclusiue et alio modo premissiue. Primo modo denotatur per tale proponens quod predicatum vere competit subiecto. et quod vere negatur ab omni illo a quo vere negatur subiectum et hoc exprimitur per duas exponentes. scilicet per vnam affirmatiuam in qua attribuitur predicatum subiecto. et per vnam aliam negatiuam in qua predicatum remouetur ab illo a quo remouetur subiectum. sicut patet in hoc tamen boetio. sunt due exponentes. scilicet homo currit et nihil aliud ab boie currit. vel omne aliud ab boie non currit. Secundo modo potest dupliciter accipi. vno modo quod ipse soli sumptus et precise posito a parte subiecti competat predicatum. et sic denotatur quod non solum predicatum attribuitur sibi et alijs sibi sumptis. sed etiam sibi nullo alio termino addito. et isto modo procedit quod solus pater est tantus quantum est pater et filius. quod hoc est simpliciter vera. tantus est pater quantum est pater et filius. sed non concedit quod solus fortis est populus vel exercitus. Aliter accipitur premissiue. quando denotatur predicatum posse competere alicui ipso remoto ab omni alio. sic dicimus quod solus fortis potest currere. quod scilicet nullo alio currere adhuc potest currere. Sed non sic concedit quod solus fortis potest trahere nauem. quia nullo trahere ipse non potest trahere. sic etiam dicimus quod solus deus potest producere ignem. et non dicimus quod sola creatura potest producere ignem. quia deus creatura non producente posset producere ignem. creatura autem sine deo producente nullo modo potest ignem producere. Est autem hic aduertendum quod iste modus accipiendi non differt a primo modo in propositionibus mere de presenti de in esse. sed tantum in alijs. Ad oppositum dico quod exclusiue accipiendo solus. hec est falsa. solus pater est deus. Sed secundo modo potest hec concedi. si cur hec est vera. pater est deus. quod illo modo accipiendo solus se a termino sumpto sine solus ad ipsius sumptum cum solus est bona consequentia. Sed accipit

Improbatur

Ratio aut.

do solus tertio modo. vel nō est possibile q sic accipiat. solus pater est de⁹. vel bec erit falsa. solus pater est de⁹. S; q; ista ppositio. sol⁹ p⁹ est de⁹. cōiter accipit vt solus tenet exclusiue. iō sic de ea volo loqui. Et dico q bec simplr est falsa. q; sequit solus pat est deus. ergo ois de⁹ est pater. 7 hoc fm q de⁹ in pnte supponit p⁹ psonis. 7 fm q equalit ista. ois psona diuina est pater. que est manifeste falsa. pna p⁹ illā res gulā q ab exclusiua ad vlem in terminis trasi positis est bona pna. Et si dicat q illa regula nō est generalit tū necessariū de necessitate est verū. ergo oē verū de necessitate est necessariū. Similit nō sequit tū verū erit verū. q oē verū erit verū. q; aliqd veruz nunq erit verū sicut ista. B instās est. nūq erit verū. Adulte alie etiā instātie possent op poni. Ad istas respōdeo. q illa regula generalit est itelligēda sine instātia qn exponentes exclusiue sunt cōuertibiles. qn aut aliqua illarū nō est pueritibilis. nō est illa regula generalis. sed oportet resoluerē in aliquā aliā vlem. si cur p⁹ in exēplo. q ista nihil aliud a necessario est de necessitate verū nō est simplr cōuertibilis. 7 iō ista pna nō valet. tū necessariū de necessitate est verū. ergo oē veruz de necessitate est necessariū. sed debet inferri ista. ome qd est de necessitate verū est necessariū. Similit de illa tū verū erit verū. q i vno sensu nō est simpliciter cōuertibilis. sicut nec illa de futuro vel de pterito. 7 sic est de multis ppositiōibus de modo quib⁹ nolo mō imozari. Sed ad ppositū exponētes illius exclusiue. sol⁹ pat est de⁹ sunt simplr cōuertibiles: sicut oēs tales ppositōes mere de inesse 7 mere de pnti. Ad p⁹ m⁹ zar⁹ gumentū principale dico q iste nō sunt exponētes. s; ista erit negatiua exponens. null⁹ ali⁹ a pte est de⁹. 7 h est spale in diuinis. vbi de aliquo dicit q est ali⁹. 7 tū nō est aliud in alijs nō oportet. s; sufficit dicere. 7 nihil aliud a tali vel tali. Ad aliud dico. q vlt dictōe exclusiua addita accidēti excludit subiectū. et addita toti excludit ptes de virtute sermonis. Verūtū dictōe exclusiua addita cōcreto accētis nō excludit subiectū. et hoc est q; tale p⁹ retū vere p dicat de subiecto. q; bec est simplr vera. hō est alb⁹. et iō ista stāt simul tū albus est aial. 7 hō est aial. sed de stūte finonis ista nō stāt simul tū hō est alb⁹ 7 pes bois est alb⁹. tū ex cōi mō loquēdi nō excludit ps dictōe exclusiua addita termino iportati toti. 7 vsus talis est ppter breuitatē 7 faciliore moduz loquēdi. Ad tertū dico q dictione exclusiua addita vni corre latiuoz excludit reliquū. Et ad pbatōe ad ductā in pma opinione dico q vnu relatiuoz

Instantia prima
Secunda
E
Respōdet pmo
Secunde
Ad p⁹ m⁹ z ar⁹ pale
Ad secunda
D
Ad tertium

nō est de intellectu qd dicitur alteri⁹. 7 dato q esset adhuc nō sequerē q nō excluderet. q; pars cēntialis est de intellectu qd dicitur totius. 7 tū nō excludit. Ad vltimū dico q nō seqt. solus deus est p⁹. g solus p⁹ est deus. nec h; exclusiua sic cōuertit. s; h; conuertit in vlem terminis transpositis 7 nō in exclusiua.

Distinc. xxi. Questio vnica.

Circa distinctio nē. xxi. qro. An viator possit aliquod nomē imponere ad distincte significandū dinaz essentiā. Ad nō. q; nullū nomen imponit nisi cognitio. s;

viator nō pōt deū distincte cognoscere. g nec nomē ab eo impositū poterit eum distincte significare. Pretea s; p⁹ p⁹ m⁹ piar. voces sūt note earū passionū q sūt aia. s; de⁹ nē passio i anima. g vor non eū distincte significat. Ad oppositū illud qd significat deū 7 nihil aliud distincte deū significat. s; multa noia deum significat 7 nihil aliud. p⁹ de h noie deus. ergo multa noia distincte deū significat. 7 illa sunt imposita a viatore. g 7c. Circa istā questionē pmo videndū est quid nomen pmo significat secūdo de pposito principali. Circa p⁹ m⁹ videt aliqbus q vor pmo significat cōceptuz mētis 7 nō rem extra aiam. Hoc pbat pmo auctoritate Aristo. sicut allegatū est in arguēdo ad principale. Pretea voces sūt inuēte ad exprimendū conceptū mētis. sed illud p⁹ significat ppter qd exprimendū sunt inuēte ergo pmo significat conceptū mētis. Pretea fm p⁹ scianū nihil aliud est esse partem orōnis q mentis conceptuz significare. g ois pars orationis significat conceptum mentis.

Pretea illud p vocē significat quod plara voce pmo apprehendit. sed plara hac voce homo pmo apphēdit conceptus mētis 7 nō res. q; nō plus vna res q alia. ergo cōceptus mentis pmo p vocē significat. Cōtra istaz opinionem voces sunt significative ad placitum. ergo quod imponēs intrēdit pmo significare per vocem. illud vor pmo significat. s; imponēs potest intendere significare pmo 7 per vocem ipam rem extra. ergo 7c. Si dicitur q imponens non potest intendere aliud significare per vocem nisi cognitum. et nihil potest esse cognitum sine conceptu mentis. 7 ideo pmo significabit conceptū mētis. Nec pteruā nihil valet. Tū quia aliqd potest cognosci sine conceptu mētis. nisi p conceptum mētis intelligat ipam cognitionē. sicut p⁹ in notitia intuitiua rei singularis. Tum quia nō

Ad quartū
Distin. XXII
Questio I
Arguit pmo
Seco
In oppositum
Cōtra qones duo sūt pnci.
Primum
Probat pmo
Secundo
Tertio
Quarto
Cōtra istā opt.

sequit nō pōt aliquid cognosci sine conceptu
mētis 7 imponēs cognoscit. 7 imponēs impo
nit conceptū. sicut nō sequit nībil potest pmo
cognosci sine notitia sensitiva. 7 imponēs nō
imponit nisi cognoscēdo. 7 tūc imponit notit
tie sensitivē. Prætea sūm pbm in diversis loq
dissinitio significat q̄dditatē rei. sed q̄dditas
rei nō est cōceptus mētis. 7 talis vox nō pmo
significat pceptū mētis. Si dicis q̄ pbs loq̄t
de diffinitōne in mēte q̄ illa significat q̄ddita
tem. nō sic aut diffinitio in voce. Contra. dicit q̄
est oīo vlt sermo indicās q̄d est eē rei. ergo ipa
vox sūm eū significat q̄dditatē rei. Ideo dico
q̄ quedā noīa pmo significat res eē. 7 quedāz
significat pmo cōceptus mētis. 7 quedam si
gnificant pmo ipsas voces significatiuas. et
est antiq̄ distinctio q̄ noīa q̄dā sunt pme ipō
sitionis. quedā sunt noīa scde impositōis. No
mina scde impositōis sūt noīa illa q̄ imponūt
ad significandū noīa ipa vel voces significa
tiuas. vel pperates 7 pditiones vocū signifi
cariuarū cuiusmodi sunt ista. nomē. nōbū. par
tricipiū. casus. figura. numerus 7c. Noīa pme
imponēs quedā sunt noīa pme intētionis. 7 q̄
dam noīa scde intētionis. Prima sunt illa q̄
significat veras res. sicut homo aīa albedo.
nigredo linea 7 hmōi. Scda sunt illa q̄ signi
ficant pceptus mētis. sicut genus spēs vlt et
hmōi. hoc p̄z illud pmo significat p voces p
quo vox pmo rōne institutōis supponit. 7 no
mina pme intētionis ex rōne institutōis sup
ponūt p rebz. 7 noīa scde impositōis p noībz
vel vocibz. sicut p̄z inductivē. 7 noīa scde intē
tionis p pceptibus. 7 institunt ad illa pmo
significandū. Ab aīo. p̄z. q̄ illud pmo signifi
cat p vocē p quo imponēs vti illa voce. 7 ma
nifestū est q̄ h est illud p quo vox pmo suppo
nit. Tūc vtimur illa voce hō pncipalr p hoībz
Et isto oīo q̄ vox quecūq̄ rōne institutōis hz
pmo supponē psonalē. q̄ rōne institutōis sup
ponit pmo p suis significat. tū rōne alicui ad
iuncti pot supponere p aliq̄bus alijs. Et ideo
dictū aliquoz sopbistarū dicentū q̄ suppositio
psonalē est. p suppositū 7 suppositio simplex
est p pmo significato est simplr falsum. q̄ sup
posito psonalis est p pmo significato. q̄ eadē
sūt singularia 7 significata. nec pōt aliq̄ ratio
dari. q̄ rē terminū nō supponit pmo 7 sep q̄ ruz
est ex institutōis rōne p suo significato. cū in
tēntio pncipal imponentū sit vti terminis p
suis significat. 7 iō dicit Ari. pmo Etlenoz.
q̄ q̄ nō possum? nobiscū portare res ad dispu
tationē. ideo vtimur vocibz p rebus q̄s signi
ficat. Ad p̄mū alterū opionis dico q̄ nō est
intētio pbi q̄ voces pmo significat passiones

aīe sed q̄ passiones aīe 7 voces sūt q̄dā signa
ordinata. ita q̄ voces institunt ad significā
dum nō ipas passiones aīe. 7 res ipas quaruz
sunt ille passiones. 7 aliquo mō ille passiones
sunt signa illarū rerū. Quare aut vox sic signi
ficās plura eā pmo nō sit equoca sicut alia. vi
ctū est p̄us. Ad scdm dico q̄ voces sunt inuē
te ad exp̄mendū res. 7 ad exp̄mendū pceptus
et passiones mētis. 7 ideo aliq̄ significat res 7
aliq̄ pceptus mētis. sicut ille voces. hō aīa et
hmōi sunt inuēte ad exp̄mendū res. Alie autē
sunt inuēte ad exp̄mendū ipm mētis pceptuz
et nō tūc intellēctōes 7 obiecta taliū intellē
ctōnū. sed aliq̄ sunt inuēte ad exp̄mendū mē
tis affectōnes tristitias 7 delectatōes 7 hmōi
q̄ sunt actus volūtāt 7 passiones p̄tes. Ad
tertū dico q̄ mētis pceptus aliq̄ vocat omē
cognitū ab intellectu. isto mō oīs pars oīonif
significat mētis pceptū. h est significat aliq̄d
q̄d mēs p̄cipit. Ad quartū dico q̄ nō est vlt
verū q̄ illud pmo p voce m significat q̄d pmo
app̄bendit ipa voce plata. 7 illud p quo ipsa
vox p̄fert pmo ex rōne institutōis. et h est pro
quo supponit q̄ ruz est ex se. q̄uis rōne ad iun
cti possit supponere p aliquo alio. et hmōi pro
quo terminū platus q̄ ruz est vox ex rōne insti
tutionis semp supponit. est res et nō pceptus
 bie. Ideo nō est mirabile si nō pōt demonstrā
 ri q̄ aliquid sit causa. Dico tunc q̄ dicit agere
 mediantibus causis scōdis: q̄ coagit cū illis v̄l
 pducit illud qd̄ pducit cause scōde: & ita imē
 diate sicut & cause scōde. Si queras quō pōt
 saluari ordo essentialis iter cāz primā & scōdā
 cū neutra sit supior: s̄ vtrāq̄ est imediata. Di
 co q̄ vna est supior in pfectōe pura p̄ma & scōda
 depēdet a p̄ma nō tñ q̄ accipiat esse a p̄ma: s̄
 q̄ p̄seruat ab ea: & q̄ nō pōt scōda pducere nisi
 p̄ma pducat. Sicut dcm̄ est de deo ita dicēdū
 est de oī cā est. n̄tialit̄ ordinata ad pductōem
 alicuius effect? q̄ vel pducit effectū imediate
 vel nihil pducit. Exēplū de sole. Ad aliud di
 co q̄ aut accipit actio p respectu ponendo ta
 les respect? aut p obiecto cōnotate: aut p ef
 fectu. si p̄mo mō tūc sunt diuerse actiōes sicut
 diuerfa fundamēta. si scōdo mō sic significat
 gēs pnotādo. sic sicut sunt diuerfa agentia: sic
 sunt diuerse actiōes. si tertio mō sic pōt esse ea
 dē actio sicut idē effect?: & qñ dicit. Aut deus
 p̄us attrigit effectū aut sil. dico q̄ sil duratōe: s̄
 p̄us priouitate pfectōis & illimitatiōis. Et qñ
 dicit q̄ tūc alia supfluit: dico q̄ nō sicut p̄z de
 forti & debili portanti? idē pōdus: tñ forti p̄i
 us portat priouitate pfectōis. Ad aliud dico
 q̄ accipiēdo actōem p agente qd̄ pncipaliter
 significat p nomē v̄l pceptū actiōis sunt diuer
 se actiōes sicut diuerfa agētia. Ad aliud dico
 q̄ nō est incōueniens q̄ eiusdē sunt duo fines
 imediate: & hoc accipiēdo finē p c̄usa finali
 nō p fine q̄ est finis fm̄ rectā rōnem: sicut di
 ctū est in plogo q̄ si sint duo agentia eundez
 effectū si intendāt diuerfos fines: illi fines sic
 intenti sunt fines imediate eiusdē effectus: q̄a
 illud est causa finalis eiusdem effectus qd̄ in
 tendit & quod mouet agens ad efficiēdū & ta
 lia sunt diuerfa. ergo &c. Duo tamen agentia
 possunt intendere eundem finē: & ille vel pōt
 esse finis fm̄ rectā rōnez q̄ amatur amore ami
 cicie: vt si deus causet aliqd̄ ppter se sicut fa
 cit causa scōda ppter deū: vel potest esse ali
 us finis p̄stitutus. Ad aliud dico q̄ vtrāq̄
 causa producit totū effectū: siue sit diuisibilis
 siue indiuisibilis: vt patet in forma substātia
 li & tractu nauis a multis: sed neutra est de fa

Queritur.

Respondetur.

Ad tertium

Ad cōfirmatōes

Ad quartum

Ad quintum

cto causa totalis. de hoc quere supra. Ad ali
 ud dico q̄ forma nō dat actū p̄mū: s̄ est act?
 p̄mū: & ab illa denotat aliud habere actum
 p̄mū &c. Ad aliud dico q̄ illa priouitas suffi
 cit in causa q̄ causa nō existente nō est effect?
 sicut cū causa scōda causeret cū deo nō existē
 te causa scōda nō est effectus: sic si causa scō
 da cōseruaret effectū cū deo ip̄a non existente
 nō existeret effectus: & id licet effectus p̄duca
 tur a cā prima si post cōseruet a cā scōda po
 test dici cā illius effectus sicut prima. Si di
 cas q̄ cōseruare & creare differūt. Dico q̄ quā
 tū ad nomen positū nō differūt: sed quātum
 ad negatōes cōnotatas: q̄ creare cōnotat ne
 gatōem imediate precedentē esse: cōseruare
 cōnotat negatōem interruptōis esse: sicut pri
 us dcm̄ est: & ideo accipiēdo cāz prout notat
 esse post nō esse imediate precedentis: sic causa
 precedit effectū. Sed accipiēdo p illo quod
 cōtinuat effectū sine interruptōe: sic potest eē
 posterior. Ad aliud dico q̄ nō est incōueniēs
 idem bis pducī accipiēdo pductiōem diuer
 simode. hinc inde p creatione & cōseruatione
 tñ q̄ aliqd̄ bis producatur productiōe qua ac
 cipit aliqd̄ esse post nō esse est impossibile. Ad
 aliud dico q̄ illud agens dicit soluz creare qd̄
 nō requirit aliquā aliā cām scōcū concurrētem
 nec materiā &c. Et tale agens non pducit for
 mā de potentia materie: q̄ producere sic nihil
 aliud est nisi producere formā i materia ita q̄
 necessario in productione requirit materiā cō
 causantem ad hoc q̄ producat: & illud agens
 dicitur generare quod pducit formā in mate
 ria: ita q̄ necessario pducendo requirit mate
 riā pcurrentem: q̄ ergo deus inquantū creas
 formā nō pducit necessario in materia nec ne
 cessario requirit materiā pcurrentem q̄ quā
 liber formā absolutā potest pducere sine ma
 teria nec pducit in materia nisi: q̄ vult agere
 partialiter cuz cā scōda q̄ necessario requirit
 materiā: ideo simpliciter oēm talem formā ab
 solutā creat nō generat. & sili modo q̄ cā scōcū
 da in actione sua necessario requirit materiā
 pcurrentē: nec aliter pōt effectū causare: idē cā
 scōda dicitur simpliciter generare nō creare
 Dico tūc ad argumētū q̄ nō ē incōueniēs eū
 dem effectū simplr̄ generari & creari. Lū? ras
 tio est. q̄ illud simplr̄ creat qd̄ pducit ab agē
 te quod nō requirit materiā p̄causantē: illud
 generat quod pducit ab agente quod nec̄rio
 requirit materiā p̄causantē: cū q̄ idē effectus
 pōt sil & semel pducī a duob? agētibz quoz
 vnū nō req̄rit materiā aliud nec̄rio req̄rit. pu
 ta a deo & a cā scōda. ḡ &c. nec est h̄ maḡ incōue
 niēs q̄ q̄ idē effect? pducit a duob? agētib?

Ad sextum

Ad septimum

Obijciunt Respondetur.

Ad octauum

Ad nonum

Z

quorū vnū agit necessario ⁊ aliud libere: sicut ponit de actu q̄ pducit a volūrate ⁊ subiecto. Ex hoc p̄ q̄ nō tm̄ forma naturalis educit de potētia materie: s̄ forma violēter educita. quia educi de potētia materie nō est aliud nisi pduci a tali agente qd̄ necessario requirit materiā recipientē suū actū: q̄ causalitas materie non est nisi recipere formā: ⁊ p̄ p̄ns cū agēs violentū necessario requirit materiā ⁊ causantē necessario pducit forma de potentia materie. Et B sequitur q̄ forma violentē inducta ḡnat sicut p̄ p̄dicata: s̄ nō ḡnatōe naturali s̄ violēta. Si dicas q̄ d̄dictio est q̄ sil̄ ⁊ se fiat de aliquo et de nihilo: s̄ qd̄ creat fit d̄ nihilo: qd̄ ḡnat fit d̄ aliquo. ḡ d̄dictio est qd̄ idē sil̄ creet ⁊ generet.

R̄spondeo. minor est falsa: q̄ ita bene illud qd̄ generat fit de nihilo sicut illd̄ qd̄ creat: ita q̄ termin⁹ a quo in ḡnatōe vere fit nihil ⁊ pura negatio sicut i creatōe: cuius rō est. q̄ aut termin⁹ a quo generatōis est pura negatio illius forme generatōe: aut aliq̄ pars illi⁹ forme: aut materia: aut forma d̄ua expellēda. nō pars illius forme: q̄ nulla p̄existit si sit vera generatō nec materia: q̄ illa manet sub vtroq̄ termino s̄ termin⁹ a quo nō manet cū termino ad quez nec forma d̄ua: q̄ alicubi est termin⁹ a quo vbi nō est talis forma. p̄ in illuminatōe medi⁹ ⁊ in ḡnatōe scie in aia: q̄ aia mutat de ignorātia i sciam: ḡ accidit termino a quo q̄ iungat cuz forma aliq̄ positīua. relinq̄t q̄ p̄m⁹ modus ⁊ p̄ p̄ns cū illa negatio nihil sit termin⁹ a quo ḡnatōis est purū nihil. p̄ q̄ minor est falsa: s̄ illud creat qd̄ fit ab agente: qd̄ nō req̄rit materiā ⁊ causantē in actōe sua: ⁊ illud ḡnat qd̄ fit ab agente qd̄ necessario req̄rit materiā ⁊ causantē: ⁊ qd̄ idē fiat a talib⁹ duob⁹ agentib⁹ non est d̄dictio. Ad aliud dico q̄ causare vno mō accipit̄ p̄ creare: ⁊ sic est diuisio sufficiēs om̄ens ⁊ c̄. alio mō accipit̄ p̄ eo qd̄ nō req̄rit materiā ⁊ causantē: ⁊ sic nō est sufficiēs: q̄ oēs ille forme respectiue q̄ nō possunt fieri sine subiecto p̄ potētiā dei nō sunt create nec increate: isto mō accipiēdo creatōem. Ad argumēta p̄me q̄stionis ad illud de demonstratōe passiōe: dico q̄ passio nō pōt demonstrari de subiecto p̄ eam extrinsecā demonstratōe vli: vn̄uer salitate t̄pis ⁊ supposito: ū puta q̄ ois luna s̄ p̄ sit eclipsabilis: s̄ conclusio q̄ demonstrat̄ p̄ eam efficientē aliq̄n̄ nobis nota p̄ experientiaz aliq̄n̄ p̄ demonstratōem: s̄ illa demonstratio est particularis saltē particularitate t̄pis puta q̄ luna modo eclipsat̄ ⁊ illud pōt demonstrari p̄ causam efficientē si sit naturalis: s̄ si sit libera tunc nō potest. sic est in p̄posito: q̄ deus est cā libera respectu cuiuslibet effectus: ideo nō po

test esse mediū ad demonstrādū aliquē effectū. Ad aliud dico q̄ sicut deus intelligēdo se in tellexit oia: ita volēdo se vult oia volūtate cōplacētie nō efficaci. Questio. vi.

Quātrū deus sit causa oim̄ fm̄ intentōem p̄boz: ⁊ videtur q̄ nō. Tum q̄ cū agit p̄ intellectum ⁊ voluntatē deus intelligeret alia a se. ⁊ sic ab eis dependeret ⁊ vilesceret intellectus eius. Tū q̄ mouet vt amatū ⁊ desideratū. ergo nō vt efficiens. Sed cōtra. cōmentator p̄ primo p̄bificoz cōmento vltimo p̄ motum p̄bat deū esse ⁊ p̄ eternitatē motus: p̄bat eternitatē motus: qd̄ non esset nisi motus esset effectus dei. Ad primū in cōtrariū dico q̄ p̄b̄s intendit q̄ nō intellexit alia a se recipiēdo cōgnitōem ab alijs: ita q̄ alie essent cause efficiētes respectu sue cognitōis: sicut sunt respectu nostre: tūc em̄ vilesceret intellectus suus tamē intellectio sua vnica terminat̄ ad essentia suā ⁊ oia alia ⁊ hoc est maxime p̄fectionis ⁊ nobilitatis. Ad aliud dico q̄ si deus compareretur ad intelligentias: tūc est causa efficiens earū si aut̄ comparet̄ ad alia q̄ deus producit sicut causa partialis cū intelligētis: sic licet sit causa efficiens respectu illoz productoz ab intelligentijs imediate concurrentis: sicut prius dicitū est: tamen mouet intelligentias ad producēdū illos effectus partialiter cū eo sicut amatū ⁊ desideratū. quia intelligētie causant alia propter deū tanq̄ propter finē cuius causalitas est amari proprie ⁊ desiderari. ⁊ sic dicitur mouere alia agentia secūda sicut amatū: quia oia ordinantur ad ip̄m tanq̄ ad finē: ⁊ sic patet q̄ deus respectu eiusdem effectus est causa efficiens partialis: ⁊ causa finalis. sed potius dicitur deus amari ab intelligentijs: ⁊ nō desiderari: quia desiderū est respectu non habiti: sed ip̄e semper habent deū ⁊ cum semper amant. Alia est opinio q̄ p̄b̄s intelligit q̄ deus est causa efficiens respectu generabiliū ⁊ corruptibiliū ⁊ non respectu substantiarum separatarū. Qd̄ probat: quia qd̄ est ab alio effectiue habz in se potētiā ad nonesse. sed qd̄ est necessariū nullo modo habet potētiā ex se ad nōesse. Lū igit̄ substantie sepe sint cāe necessarie seq̄ ⁊ c̄. Itē cōmentator sc̄do meta p̄bificē nihil est necessariū effectiue ab alio nisi motus. ergo ⁊ c̄. Itē cōmentator. xij. meta p̄bificē cōmento. xlij. nihil fit nisi qd̄ extrahit̄ de potētia ad actū: s̄ nullū necessariū ē b̄mōi. ḡ ⁊ c̄. Item pducens est prius pducto natura igit̄ pōt eē sine eo: ⁊ sic illd̄ pductū n̄ ē necrū. Item cui nō cōuenit diffinitio nec diffinitus

Ad sc̄m princ̄ pale.

Questio VI

Arguitur primo.

Secundo

Ad primū in cōtrariū dicitur.

Ad sc̄m

Sec̄da opinio.

Probat p̄mo.

Secundo

Tertio.

Quarto

BB

Respondetur

BB Ad decimum.

CC Ad principalia p̄me quest̄. ois

sed deo non dicitur diffinitio cause efficientis
 q: qnto pbficoz & alibi frequenter dicit pbs q
 causa efficiens est vn principiu motus: s ista no
 pducunt p motu. g rē. Itē primo pbficoz
 ex nihilo nihil fit: g intelligentie nō fuit ex ni
 hilo. Itē ex tpe nō pōt fieri aliqd ex nihilo s
 pbm: ergo nec ab eterno. Cōtra. fm eū licet
 intelligentie nō causant a deo effectiue: tamē
 dependēt ab eo fm pbm. Quero de ista depē
 dentia: aut dependent in genere cause efficiē
 tis: aut finalis. si primo modo habet ppositū.
 si scdo modo ad huc habet ppositum. q: respe
 ctu cuiuscunq: cause finalis est aliqua cā effi
 ciens: ergo si dependēt a deo tanq: a cā finalit
 oportet q: ab aliquo sint effectiue: q: causali
 tas cause finalis nō est nisi mouere efficiēs ad
 causandū: s non possunt effici ab alio q: a deo:
 patet g rē. Dico ergo fm intentōnem pbi q
 deus est causa oim: & hoc pōt probari p ratōez
 precedentē: s nō potest pbari q: sit cā oim de
 nouo. Quia tūc posset pbari q: esset causa cō
 tingens de nouo ptingentē creatō: cuius op
 positū est dcm. Quia qn aliqd agens nō impe
 dibile in sua actione equaliter respicit plura.
 si pducit vnū & nō aliud: hoc esset libere & cō
 tingenter. quare rē. Sed ista rō nō est demon
 stratiua vni infideli: q: diceret q: deus nō im
 diate & equaliter respicit oia pducibilia: s p
 ducit primā intelligentē necessariō: & mediā
 te ea pducit alias. & sic psequenter. Si ergo pos
 set pbari p rationē naturalez q: deus pducit
 de nouo cū pducit vnū & nō aliud: sequeretur
 q: pōt probari ptingentia in deo. Ad primaz
 rationē in oppositū dico q: aliqd esse in poten
 tia ad nō esse: pōt intelligi dupliciter. vno mo
 do positiuē: quō cōposituz ex materia & forma
 est in potentia ad nō esse. ppter materiā & pri
 uatiōem. Et qd sic est in potētia ad nō esse nō
 pōt esse necessariō: sic nō est in pposito. Alio
 modo intelligitur negatiue: sic scz q: circūscri
 pto oī alio: cuius tamē circūscriptio est impos
 sibilis: habet nō esse. Et qd sic est in potentia
 ad nō esse pōt esse necessariū ex se. Exemplū. si
 lius dei sic est in potentia fm eos ad non esse:
 q: circūscripto patre p impossibile nō esset: & tū
 est necessariū ex se. Sic est in pposito de sub
 stātia separata: & de deo vn est necessaria ex se
 q: nō hz cām extrinsecā sue corruptōis: quales
 habēt generabilia & corruptibilia: & est in po
 tētia ad nō esse: q: circūscripto deo p impossibi
 bile hz nō esse. Ad aliud de motu dico q: aliq
 est de motu & de substātijs separatis: q: mot
 sic est in potētia ad nō esse q: adueniētē parte
 forme q: est de essentia motus alia corrupit. Et

Quinto
 Sexto
 In oppositum

Ratio autoris

Ad primū in op
 positum.

Ad scdm

hoc est verū de motu depditiuo: s si sit tm mo
 tus acq̄sitiu? salte sic corrupunt negatōnes q
 etiā sunt de essentia mor? & tm mor? fm suum
 totū eē pōt p̄tinuari ab aliquo necessario mo
 uēte. Sic nō est de substantia separata: vt pz
 de se. Ad aliud dico q: nullū ppetuū est coru
 ptibile positiuē p cām extrinsecā: s negatiue
 bene pōt esse corruptibile sicut pius dcm est.
 Ad aliud dico q: pbs aliq̄ accipit cām p eo
 qd extrahit formā de potentia subiectiua. & sic
 nihil causat nisi qd extrahit. Aliq̄ autē acci
 pit cām p illo ad cui? esse sequit aliud esse: et
 sic pōt aliqd causari: hz nō extrahat. & sic est in
 pposito. Ad aliud dico q: ly ex qn dicit q: est
 necessariū ex se: dicit negatōez cause formalis
 q: nō hnt aliq̄ cām p quā sint necessaria: sed
 solū ipam essentia. id nec dicit circūstātia cau
 se naturalis formalis nec materialis nec effi
 ciētis: s tm negatōem cause formalis. Quō di
 cim? q: homo nō est albus ex se: s p albedinem
 inherētē: nō dicit necessariū sic q: sit sibi subs
 ticiēs vt sit. q: si sic: tūc posset esse deo non exi
 stente. Intētio g pbi est. q: deus vt cā imedia
 ta & totalis oiz substātiarū separatarū: s ḡnā
 biliū & corruptibiliū (fm eū) nō est cā imedia
 ta nec totalis nec partialis: s tm modo media
 ta. Q: scz cāt intelligētias & corpora celestia &
 icorruptibilia: & pseruat ea: & illa causant ista
 inferiora ḡnabilia: & sic nō est alio mō hz pbm
 cā istoz inferioroz q: respectu mali: q: cām mali
 causat & pseruat: & sic nō est pprie cā: q: remō
 ta. Q: si intelligētiez corpora celestia possent
 pseruari sine deo: adhuc causarent fm eū sicut
 nūc faciūt. Scdm tm veritatē est cā imediata
 cuiuslibz rei factibilis totalis vlt partialis: ita
 imediate pcurrentes sicut aliq̄ causa scda: sicut
 supra dictū est. Causa autē qre pbs dicit q: non
 est cā imediata generabiliū & corruptibiliū ē:
 q: tūc posset pbari naturalit q: eēt cā de nouo
 oim inferioroz. Et sic possz pbari i eo p̄tigiētiaz
 & q: p̄tigent res ad eē pduceret. Questio. vij.

Quātrū cōueniat cre
 ature hie potētia creandi. Q sic p
 bat: q: creatura pōt ānibilare: ergo
 & creare. p̄na p̄z. añs pbat: q: calor maximus
 pōt ānibilare frig? minimū. g rē. Ad opposi
 tū. creatura nō pōt sup distātia īfinitā: s a nibis
 lo ad aliqd est distātia īfinita. g rē. Opinio
 Joh. est q: nō. pp̄ rōnes q̄s ponit i q̄rto q̄stio
 ne p̄ma. qre ibi. Contra ista arguit. P̄rio q: h
 q: angelus nō pōt aliqd creare nisi volēdo: & in
 telligēdo: q: vn? pōt aliū intuitiue videre: & in
 telligere. g angelus visus pōt esse cā partialis
 cognitiōis intuitiue & volitiōis alteri? sicut

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Questio VII
 Probat q: sic

Probat q: non

Opinio prima q
 est scoti.

Cōtra opinioē
 scoti.

obiectū est causa partialis sine aliqua intel-
 ctōe et volitōe p̄ua. Itē agere extra se cū sit
 p̄fectōis p̄p̄tē cōp̄etē āgelo sine accidēte me-
 dio. Itē illō qd̄ dicit qd̄ abstractius a materia
 est p̄fecti: videt̄ falsū. Quod celiū fm̄ eū est ma-
 gis abstractū a materia q̄ aiā intellectiua: et tñ
 nō est p̄fecti: q̄ nō viuū nō est p̄fecti: viuo h̄z
 eū. Itē qd̄ dicit accidēs nō esse p̄ncipiū substā-
 tię q̄ ē ip̄fecti: nō videt̄ verū. q̄ fm̄ eū cā par-
 tialis p̄tē esse ip̄fectio: effectū. p̄tē de obiecto
 qd̄ est ip̄fecti: actu intelligendi puta albedo.
 Et in gn̄atōe vermis p̄putrefactōem: vbi cau-
 se multe cōcurrentes sunt nō aīate: et p̄ductū
 est aīatū. Lū igit̄ cā ip̄fecta p̄tē p̄currere cū
 cā p̄fecta ad p̄ducendū effectū p̄fectio: se q̄t̄
 q̄ creatura p̄tē cū deo cōcurrere ad p̄ducendū
 aliā cās. Et sic nō p̄bat qm̄ ip̄fecti: p̄tē creare
 p̄fectius partiali: h̄z nō totalit̄. Et hoc patet
 in gn̄atōe vniuo: q̄ multi parui ignes p̄nt
 gn̄are: p̄fectio: ignē aliquo illoz. Itē qualita-
 res p̄ime vident̄ esse p̄ncipiū p̄ducendi sub-
 stantiā: q̄ videt̄ p̄ experientā q̄ sba cū aliq̄
 bus accidentib: p̄ducit substātiāz. Patet de
 igne generāte ignē. et cū accidēs p̄ducit sub-
 stantiāz: accidētia sunt cause p̄iales respectu
 substātię. Cōfirmat̄: q̄ effect: dep̄det sufficiē-
 ter a suis causis essentialib: cū q̄ ignis nō po-
 test naturalit̄ generare ignē sine q̄litatib: igit̄
 tur q̄litates sunt cause partiales respectu sub-
 stātię. Si dicas qd̄ agūt in virtute substātię: h̄
 nihil est: q̄ ita imēdiate p̄nt cōcurrere ad cau-
 sandū substātiā sicut sba: et cōuerso. Itē p̄tra
 hoc qd̄ dicit qd̄ terminus formalis nō p̄tē esse
 absolutio: p̄ncipio: q̄ tā materia q̄ forma ma-
 terialis substātiālis et accidentalis p̄tē esse cā
 partialis respectu cognitōis intuitiue angeli
 vel alterius: et illa cognitio est absolutio: et ab-
 stractio: a materia q̄ aliqd̄ alioz. q̄ rē. Et sic
 illud est falsum qd̄ p̄ncipiū nō est absolutio: tā i
 p̄ducendo q̄ in essendo. Itē h̄ hoc qd̄ ponit qd̄
 creatura nō p̄tē causare et p̄seruare formā sine
 materia ad quam inclināt: q̄ creatura p̄currit
 ad p̄seruandū accidēs in eucharistiā sine sub-
 iecto. q̄ videt̄ qd̄ nō sit aliq̄ rō quare non p̄cur-
 rat cū deo ad causandū illud de nouo sine sub-
 iecto. q̄ eodē mō p̄tē esse de forma substātiāli
 Nec inclinatio opposita ad materiā aliqd̄ fas-
 cit: q̄ agens naturale p̄tē p̄seruare graue sur-
 sum s̄ suā inclinatiōem. Itē nō p̄bat qd̄ forma
 sit necessario posterior materia. Quia h̄z sit ita
 de facto: tñ deus p̄tē facere formā p̄ se sine ma-
 teria. Et hoc p̄ius q̄ informet materiā: q̄ p̄cur-
 rente causa naturali partialiter cū deo potest
 fieri forma per se. Ideo dico qd̄ ista conclusio
 nō potest demonstrari: tamen p̄suadeo eam licz

non possit demonstrari contra p̄bm. Primo p̄-
 bo qd̄ creatura nō potest esse causa totalis na-
 turalis creature sic. Quia p̄ncipiū totale na-
 turale equaliter se habens ad plura eiusdē ra-
 tionis vel p̄ducit oīa vel nihil: sed si creatura
 potest creare aliqd̄ indiuiduū eiusdē rationis
 qua ratione vnū et infinita: q̄ et quo est agēs
 naturale equaliter respicit oīa. ergo creari de
 facto infinita indiuidua: hoc falsum est. q̄ rē.
 Scdo p̄bo qd̄ nō potest esse causa naturalis
 partialis creature: q̄ tunc p̄ eandem ratiōem
 q̄ p̄ius possz esse causa naturalis partialis res-
 pectu infinito: qd̄ est incōueniens. Qd̄ p̄tē
 q̄ non est verisile qd̄ creatio creature semper su-
 spendat̄ ab actione sua. q̄ si non suspendatur:
 potest saltē partialiter producere infinita: qd̄
 falsum est. Tertio p̄bo qd̄ nō potest esse causa
 libera creans: q̄ nō potest esse libera nisi p̄vel-
 le: sed volūtas potest velle infinita: q̄ si esset li-
 bera posset p̄ducere infinita: qd̄ falsum est si-
 cut p̄ius. Si dicas qd̄ nō potest velle infinita
 singularia: saltē potest velle aliqd̄ vniuersale
 qd̄ respicit infinita vel nullū. Sicut h̄z p̄ vni-
 uerlitiōē nō possit velle infinita: tamen p̄ infini-
 tas volitiones p̄tē velle infinita successiue: q̄
 potest infinita totaliter vel partialiter creare
 qd̄ est incōueniens. Sed cōtra ista arguit̄
 quia creatura potest p̄ducere calorē sine sub-
 iecto: et si deus produceret calorē sine subiecto
 etiā posset p̄seruare calorē sine subiecto. quia
 equaliter differunt a subiecto: ergo iste calor
 causatur per calefactiōē: q̄ vtrunq̄ produci-
 tur a creatura sine subiecto. Si dicat qd̄ cale-
 factio dicit respectū ad subiectū et passum: et
 ille respectus nō potest esse nec denotare nisi
 sit in subiecto sicut calor. Cōtra. deus potest
 calorē facere cū respectu ad causam p̄ductiua
 sine respectu ad subiectū vel passum: et ille re-
 spectus sufficit ad hoc qd̄ sit calefactio. Si di-
 cas qd̄ respectus nō tantū dependet a funda-
 mento et termino: sed etiā a subiecto. Cōtra
 si scdm̄ potest esse sine p̄mo: et tertiū potest. s̄
 fundamentū respectus potest esse sine subie-
 cto. ergo et respectus potest esse. Itē respec-
 tus dependet ad subiectū mediante funda-
 mento: ergo remanente fundamento et termi-
 no remanebit respectus. Itē quādo aliquid
 habet duas dependentias quarū vna est prior
 aliā: vna potest esse sine aliā: et tunc forma po-
 test esse cū prima dependentia sine secūda: sed
 calor dependet ad agens et ad subiectū: et de-
 p̄dentia ad agens est prior q̄ dependentia ad
 subiectū: ergo p̄tē fieri cū dependentia ad agēs
 sine dependentia ad subiectū: q̄ p̄us p̄tē fieri sine
 posteriori. Itē qd̄ potest p̄seruare aliqd̄ sine

Contra ista
Arguitur primo.

Quarto

Reprehensio.

Instantia

Resistentia

Secundo

Tertio

Quarto

Quinto auctoris.

subiecto pot' creare illud sine subiecto: sic patet. Quia minus est creare quam conservare: si agens naturale est boni. patet: quod si deus destrueret subiectum luminis in medio: posset illud lumē conservare: sicut quā erat in subiecto. Exēplū de acciderē i eucharistia quod conservat a cā naturali sine subiecto sicut i subiecto. Itē quiritas i hostia pot' augeri: quod et creari. pna patet: quod i augmentatōe aliquid acquir' quantit' persistit: et illud pducit sine materia. quod illud creat. ans patet de se. Si dicas quod illa pars educit de potētia alteri? quiritas persistit: et sic nō creat. Contra quod sūt eiusdē rōis vnu nō educit de potētia alteri? magis quod econverso: sicut i pposito ē. quod et. Itē quā aliquid educit de potētia alteri? illa sunt i eodē loco. Sed quāritas acq'sita et persistēs nō sunt in eodē loco. quod et. Si dicas quod ista quiritas acq'sita p augmentatōem educit de potētia quiritas i terminata. Contra. tūc ille due quiritates essent i eodem loco quod falsū est. Itē octavo metaphisice. accidētia hnt materiā in quā nō er' quod. Itē agēs naturale pot' de spēbus pās et vni generare formā substā: iale vermis et illa nō educit de potētia materie: quod nulla est ibi. igit' creat. Itē illud quod est pmo purū nihil: et post creat' ē creatura: s' pducta forma a creatura est boni sicut p'us patuit. quod et. Itē creatura pot' annihilare quod creare. pna patet: quod ans pbat: quod quā corrupit forma est purū nihil: sicut si annihilaret a deo. Si dicas quod in potētia materie reducitur: id nō annihilat. Contra: quod quod est i potētia materie pot' reduci ad actum: quod illa forma corrupta i potētia materie pot' reduci ad actū: aut quod ab agēte creato aut icreato. si creato: tūc agēs creatū posset naturalit' idē numero reparare quod null' pcedit. si icreato: tūc deus nō posset annihilare vna formā materialē nisi annihilaret materiā: quod remanēte materia remanet forma i potētia. et p pns nō annihilat: et sicut nō pot' annihilare vna formā materialē nisi annihilaret oīa individua materialia: quod quiritas vnu individū annihilaret ad huc forma remaneret i potētia materie alteri? idividui: et sic nō annihilaret. Itē p rōne positōis. agēs naturale nō ipeditū eqliter et. si agēs naturale eqlit' respicit oēs formā existētē i potētia materie et passū: quod nec hēt ordinē ad agēs nec ad passū. quod quodlibz agēs vlt' pduceret oēs formas i materia vlt' nullā vtrūq' est falsū. quod et. Confirmat: quod augmentatio est p pres divisibiles eiusdē rōis et agēs augmentatōis eqlit' se hz ad oēs illas pres. quod creabit oēs vel nullā vtrūq' est falsum. quod causabit. Ad p'mū istoz rōdeo dupl'r vno modo tenendo quod relatio nō dicit aliud quod extrema coexistentia: et sic calefactio dicit duo extrema: scz calefaciens et

subiectū calefactū. Nūc aut' ipossibile est quod calefactio denotans aliqd tanq' calefaciens sine subiecto calefacto. quod h' nomē vel pceptus pnotat subiectū calefactū. et p pns impossibile est quod sit calefactio sine subiecto. et tūc est ibi fallacia figure dictōis agēs pot' creare calorē sine subiecto. quod calefactōes: quod arguit a dictōne nō pnotate subiectū ab dictōem pnotantē. sicut h. oēm actū quem pot' de' facere voluntate mediāte pot' facere p se. quod pot' facere actū meritozū p se sine voluntate i rōne cause. nō sequitur: s' est p' illis defect': quod act' absolut' nō pnotat voluntatē: s' act' meritoz' pnotat actiuitatē voluntatis. Tenēdo tūc illā opinionē quod relatio dicat aliā rem ab extremis: tūc hz vt sic posset fieri sine posteriori: nō tūc eōtra. et idē cū respectus sit posteriori subiecto: hz posset fieri sine respectu: nō tūc eōtra. Ad aliud dico quod aliquid tertiu plus dependet ad p'mū quod ad scdū. sic est in pposito: quod tertiu eqliter dependet a p'mo sicut a scdo: et idē sicut nō pot' esse sine scdo ita nec sine p'mo. Et quā arguit si sint due albedines sine subiectis essent due relationes sine subiectis: ergo sic est in pposito. Dico hz verū ē i relatioib' p'mi modi nō tūc scdi. Ad aliud dico quod absolutū posset esse sine dependentia ad subiectū: nō tūc relatio plus dependet quod aliqd absolutū: et sicut assumptū negatur quod respect' forme ad agens nō est pot' respectu forme ad passum: s' magis eōverso. et idē seq' Si de' pot' facere effectū sine respectu ad agēs quod sine respectu ad passum. Ad aliud dico quod tā lumē posito pot' casu quod accidentia i eucharistia cōservant a solo deo et nō a creatura. et h' dicit Anselm'. Alii dicit quod nō est sile de creatiōe et cōservatōe: quod alii respicit agens i actu pductū et alii nō pductū: quod si creatura posset in aliquo instāti. et sic eqlit' respicēt oīa creabilia eiusdē rōis. et sic i illo instāti pducere oīa vel nullū tūc post creatōem alii se hz agēs creatum ad effectū iā positū in actu quod ad alia eiusdem rōis quod non sunt in actu: et non se habet equaliter ad illa: ideo pot' cōservare: hz nō creare. Eodem modo negare augmentatōes illarū specierū fieri a creatura. Ad aliud de verme dico quod deus ibi creat materiā de quod educit forma vermis. Ad aliud dico quod creare nō tātum dicit producere aliquid post purum nihil sed etiā dicit quod nulla materia requiratur: sic non est in pposito: quia creatura in actione sua necessario requirit materiā in qua recipit forma: deus autem nō. Ad aliud dico quod accipiēdo annihilare p' mutatione qua destruitur aliqua forma: sic quod nil eius remanet. sic forma per corruptionem verissime annihilat

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octavo.

Contra rōnem positionis

Risio ad p'mū

Ad scdm

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

Ad septimū

Ad octavum

latur. sicut enim ante pductōem sui fuit purū nī
 bil sicut post erit purū nībil: et iō verissime an
 nibilā: s̄ tñ accipiēdo ānibilare vt cōiter bo
 mines accipiūt opponit creatōi. et sic creatur
 ra nō pōt ānibilare: qz sicut solū illud dicitur
 creare qd̄ pducit aliqd̄ ex nībilo nullā mates
 riā p̄supponēdo. et qz creatura in oī actōne sua
 necessario p̄supponit materiā: ideo nō pōt ān
 nibilare aut creare. Ad argumētū i oppositū
 de distātia. dico qz nībil p̄cludit nisi vñū falsū
 scz qz creatura nībil pōt agere: qz tanta est dis
 tancia inter terminū a quo et ad quē qñ forma
 pducit ab agēte naturalī: sicut si pduceretur
 et crearet īmediate a deo: qz vtrobiqz termin⁹
 a quo est purū nībil: qz termin⁹ a quo nō pōt
 esse materia nec forma opposita forme introdu
 cende: nec aliq̄ pars forme generande: s̄ solū
 modo negatio illius forme q̄ purū nībil est sic
 p̄us dcm̄ est. ergo et c. Si dicas qz terminus a
 quo est aliqd̄ cōpositū ex materia et nō esse illi
 us forme. Contra distātia est accipiēda pes
 nes illā rōnem quoz est oppositio. hoc aut nō
 est rōne materiē: s̄ solum rōne negationis for
 me. ergo et c.

Questio. viii.

Ad dubitationem
 de eternitate mūdi vtrū potuit fu
 isse ab eterno p potentia diuinā. dico
 qz vtraqz ps pōt teneri et neutra pōt sufficiēter
 reprobari: qz tñ nō videt includere manifestā
 p̄dictōez mūdi fuisse ab eterno: s̄ gaufredus
 dicat oppositū. ideo p̄mo pono rōnes pbates
 qz nō potuit fuisse ab eterno q̄ maḡ int̄ illas
 vident p̄cludere. Prima est qz infinita essēt
 actu p̄transite: qz infinite essēt reuolutiones
 actu p̄transite: qz q̄cumqz data fuit alia p̄ior: cū
 ergo oēs tales reuolutōes sint actualit̄ p̄terit̄
 te: sequit̄ qz infinita sunt actu p̄terita. Scda
 qz tūc infinita essent actu: qz si essent infinite
 reuolutiones p̄transite posito qz in qlibet reuo
 lutione deus creasset vñū hoīem: qz nō ē da
 re primū hoīem s̄m cōmētatozē et p̄hm. v̄ cre
 asset qlibet die vñā aiām itellectiua: cū igitur
 ad corruptōem hoīs nō sequat corruptio aīe
 sequit̄ qz infinite eēt aīe actu existētes et sic ali
 qd̄ esset actualit̄ infinitū in p̄fectōe: qz vniuer
 sitas aiarū qd̄ videt iconueniēs. Tertia est
 qz infinita essent excessa actualit̄: qz s̄m te infi
 nite reuolutōes sunt p̄terite: s̄ plures sunt re
 uolutōes actualit̄ lune q̄ solis: s̄ sequit̄ qz plu
 res erūt reuolutōes in infinitū actualit̄ lune q̄
 solis: s̄ qd̄ excedit nō est infinitū et quo est ex
 cessum. Itē capio reuolutōez hodiernā et q̄ro
 an aliq̄ reuolutio distet a reuolutione hodie
 rna ī infinitū aut nulla p̄dictōem. Si nulla igit̄

Ad argumentuz in oppositum.

Questio VIII

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

tur reuolutōes aggregate nō erūt infinite. qz si
 cur i p̄tinuis p̄manentib⁹ finitū additū finitū
 nō facit nisi finitū: et nullo mō infinitū. sic i sue
 cessivis p̄tinuis reuolutio finita addita reuo
 lutōi finite nō facit nisi finitū et nūq̄ infinitū:
 s̄ si aliq̄ reuolutio distat a reuolutōe hodierna
 in infinitū. Quero tūc de reuolutōne īmediate
 sequēte illā reuolutōez sic distātē in infinitū: aut
 illa distat a reuolutōe hodierna ī infinitū aut
 nō. si nō: s̄ nec p̄cedēs distabit ī infinitū a reuo
 lutōe hodierna. Et quo inter illas reuolutōes
 nō est nisi distātia finita. si distet ī infinitū a re
 uolutōe hodierna eadē rōne alia īmediate se
 quēs illā: distabit in infinitū: et alia post illā. et
 sic p̄cedēdo vsqz ad reuolutōem besterna. et p̄
 p̄ns reuolutio besterna distaret ī infinitū a re
 uolutōe hodierna qd̄ est manifeste falsū: qz ita
 est ponere ordinem ī accidēraliter ordinatis:
 sicut in essentialiter ordinatis. P̄terea si
 sic sequeretur qz pars ite gralis esset maior: to
 ro: p̄bo. sit A totū tps p̄terituz terminatū ad
 p̄ncipiū hui⁹ diei. et B totū futurū terminatū
 ad p̄ncipiū hui⁹ diei. et C totū p̄teritū termi
 natū ad finē hui⁹ diei. et D totū tps futurū termi
 natū ad finē hui⁹ diei. Tunc arguo sic. A et B
 sunt eqlia: qz totū tps p̄teritū teriatū ad p̄nci
 piū hui⁹ diei et ad finē: et totū tps futurū teria
 tū ad p̄ncipiū hui⁹ diei sunt eqlia. s̄ A est ma
 ius L. aīis est verū p̄positū: qz tam A q̄ B est
 tps infinitū. p̄nam p̄bo: qz ē egle B p̄ ypothe
 sim: et B est mai⁹ D qz totū tps futurū termi
 natū ad p̄ncipiū hui⁹ diei est mai⁹ q̄ totū tps fu
 turū teriatū ad finē hui⁹ diei. s̄ qd̄ est egle B
 est mai⁹ D: qz si vñū egle sit mai⁹ alio: reliquū
 erit mai⁹ eodē. ultra D est egle L qz totuz tps
 p̄teritū teriatū ad finē hui⁹ diei: et totū tps fu
 turū teriatū ad finē hui⁹ diei sunt eqlia: qz am
 bo sunt infinita. et si A est mai⁹ D vt p̄batū ē:
 sequit̄ etiā qz A est mai⁹ L qz mai⁹ suo equali:
 s̄ A est pars L qz totū tps p̄teritū teriatū ad
 p̄ncipiū hui⁹ diei est pars toti⁹ tps p̄teriti ter
 minati ad finē hui⁹ diei. s̄ sequit̄ qz ps ite gra
 lis est maior suo toto: qd̄ videt inconueniens.
 Itē sūt tot reuolutōes post reuolutōz hodie
 rna quot aī: maxime s̄m int̄rōem p̄bi: s̄ ipossi
 bile est oēs reuolutiōes futuras esse p̄transitas
 et B totū est qz sunt infinite: s̄ coīpo qz sunt oēs
 actualit̄ p̄transite sunt actualit̄ infinite. P̄e
 terea qz includit p̄dictōez mūdi fuisse ab eter
 no: p̄batur. Quia illud qd̄ nō est ex se ex natu
 ra sua est nonens: ita q̄ nec ens formaliter nec
 effectiue. nō solū pducit ab alio q̄tū ad suū fa
 ctū eē: sicut radi⁹ h̄z eē a sole si sol eēt etern⁹: s̄
 pducit ab alio q̄tum ad suū fieri: qz sic nullus
 transitus a p̄dictorio in p̄dictoriū potest fieri

Quinto

Sexta

Rōes gaufredi.

sine mutatoe: quare opz ibi esse mutatoem de
 no esse ad esse. s̄ mūdus in q̄tū creatura est hu
 iusmodi marie loq̄ndo de creatōne vt fideles
 loquunt: q̄ est q̄n creatura sic pducit a deo q̄
 nōesse eius p̄cessit esse nō solū in intellectu si
 cur posuerit p̄bi: s̄ q̄ p̄cedat in re q̄ aliter nō
 fieret realit̄ de nibilo: cui? d̄iuz tenet fides: s̄
 creatura pducit a deo nō solū q̄tū ad suū esse
 sicut filius p̄cedit a patre in diuinis: sed quan
 tū ad fieri. Nunc aut̄ actus creatōis est indi
 uisibilis q̄tū ad duratoem carēs oi successioe
 7 duratoe a parte ante 7 a pte post: q̄ est subis
 ta 7 simplex mutatio: s̄ creatio nō p̄t esse ab
 eterno: q̄ sic careret duratioe a pte āte: q̄ nō ē
 successiua a pte ante. sic s̄ apparet p̄dictio: q̄a
 si creatura fuisset ab eterno nō h̄et eē post nō
 esse acq̄sitū: s̄ semp h̄et solū factū esse. 7 p hoc
 q̄ est creatura ponit q̄ h̄z esse acq̄sitū post nō
 esse: q̄d nō est p̄dictio. Cōfirmatur q̄ q̄n aliqd
 puenit alicui ex natura sua ip̄sibile est q̄ ei?
 oppositū pueniat sibi s̄ duratoe: q̄ aliter p̄di
 ctoria essent̄ h̄il vera. s̄ creatura s̄m oēs p̄hos 7
 sc̄tōs de se est nōens: s̄ p eadē mēsurā nō p̄t
 h̄z esse 7 nōesse: s̄ p alia. Si dicat q̄ de rōne
 creature nō est q̄d h̄et esse post nōesse: ita q̄
 nōesse p̄cedat esse duratoe: s̄ dicit̄ h̄z eē post
 nōesse: q̄ deus p̄t nō fecisse creaturā ab eter
 no sicut potuit eam facere ab eterno: ita q̄ nō
 esse creature nō p̄cedit necessario suū esse: nisi
 s̄m intellectū vel naturā 7 nō duratoe. Con
 tra s̄m p̄hm oē q̄d est q̄n est necesse est esse ita
 q̄ p tpe p quo ē nō est in potētia: vt nō sit nec
 ex pte sui nec ex pte efficiētis: q̄ aliter duo p̄
 dictoria possent s̄ esse vera: 7 eodēz mō est de
 eo q̄d fuit p tpe quo fuit: q̄ necessariū est fuis
 se. s̄l̄r de eo q̄d erit p tpe p quo erit necessariū
 est fore: ita q̄ in nullo istoꝝ est potētia ad d̄iuz
 p eodē tpe quo ponunt̄ actū. Sed si sit poten
 tia ad d̄iuz: s̄ esset p alia mēsurā p̄iori in q̄ il
 le actus p̄t impediri: 7 hinc est q̄ illud q̄d est 7
 q̄d nō p̄t impediri absolute necessario: est: s̄
 si mūdus h̄uisset esse ab eterno nunq̄ fuisset po
 tētia p̄cedēs p quā actū essendi ei? poterat im
 pediri p aliquo instāti. s̄ si fuisset ab eterno ab
 solute necessario fuisset ab eterno: 7 nullo mō
 cōtingenter. P̄terea si nōesse p̄cedat eē
 s̄m naturā solū creature aut i illo p̄iori creatu
 ra fuit realiter nōens aut ens. si p̄imū habet
 p̄positū q̄ nōesse p̄cedat esse in re. si sc̄dm er
 go creatura fuit anteq̄ fuit. S̄l̄r q̄d puenit
 alicui naturalit̄ sibi puenit realiter. p̄z indu
 ctive. si s̄ nō eē cōuenit creature ex natura sua
 puenit sibi realiter. Iste sunt meliores rōes vt
 credo ad p̄bandū q̄ repugnat creature fuisse
 ab eterno. Sed istis rōnibus nō obstantibus

videt q̄ nulla sit manifesta p̄dictio creaturaz
 fuisse ab eterno: nec repugnat: nec ex pte dei:
 nec ex pte creature. Si dicat q̄ loq̄ndo de cre
 atione vt xp̄iani loquunt̄ sic est repugnātia:
 q̄ sic nōesse creature realiter p̄cedit esse: et si
 fuisset ab eterno nō realiter p̄cederet. Dico q̄
 loq̄ndo de creatōe sic nulla est rō. q̄re an illud
 q̄d necessario pducit post nōesse posset pdu
 ci sine duratoe p̄cedente nullū est dubium: q̄
 p̄dictio est. Sed h̄ querit̄ in q̄stione vt r̄ illud
 q̄d pducit sic q̄ eius nōesse realiter p̄cessit eē
 vt ponit̄ fide vel etiā p fidem posset sine repu
 gnātia sic pducit q̄ eius nōesse nō p̄cedat suū
 esse duratoe. 7 h̄ dico nō videt esse aliq̄ manis
 festa p̄dictio: nec ex pte dei nec creature: 13 rō
 nes in p̄riū possint faciliter solui: ita q̄ satiffa
 cerēt audietib?. Et ita dico q̄ si deus p̄t face
 re q̄cqd: nō includit̄ p̄dictioem: potuit mundū
 fecisse ab eterno. Ad rōnes in d̄iuz. Ad p̄mā
 r̄ndeo q̄ s̄m istā viā opz concedere q̄ infinite
 reuolutōes sint actualiter p̄transite sicut dicit̄
 ratio h̄ nō d̄z vitari tanq̄ in cōueniēs: s̄ d̄z cō
 cedit tanq̄ p̄scq̄ns. Ad sc̄dam p̄cedo q̄ infini
 te possent esse anime in actu: 7 infinite passio
 nes anime in actu: sed ex hoc non sequitur q̄
 aliqd aliud a deo sit infimite p̄fectōis: q̄ ille aie
 nō possunt facere aliqd vnum. Si dicat q̄ ad
 minus oꝝ p̄cedere q̄ aliq̄ extra deū habēt tot
 p̄fectōes quot 7 deus. R̄ndeo q̄ non h̄nt plus
 res p̄fectōes q̄ deus: q̄ deus nullā h̄z formali
 ter nisi vnā: imo est tm̄ vna p̄fectio q̄ est sua ef
 sentia: nisi vocet̄ h̄z virtualiter. sic h̄z plures
 p̄fectiones: q̄ p̄t creare oēm effectū. 7 sic de
 alijs. Ad tertiā p̄cedo q̄ in finita essent̄ excē
 sa sicut p̄bat ratio: 7 q̄d vnū infinitū esset ma
 ius alio sicut reuolutiones lune excedūt reuo
 lutiones solis. Ad aliud dico q̄ nulla reuolu
 tio distat in infinitū a reuolutione hodierna:
 q̄ h̄ est v̄lis cuius qlibet singularium est vera
 q̄ nec illa nec ista. 7 sic in infinitū. Et q̄n dica
 tur vltra. s̄ oēs s̄l̄ sumpt̄ sunt infinite: p̄na nō
 valet. Instātia est de p̄ribus p̄tinui vbi nulla
 pars distat in infinitū a q̄cunq̄ pte p̄tinui as
 signata loq̄ndo de distātia q̄ est iter ptes eius
 de quātitatis: 7 tm̄ nō sequit̄. s̄ oēs ptes conti
 nuū sunt infinite. 7 rō est: q̄ illa p̄na nūq̄ valz
 nisi vbi est dare certū ordinē partiuꝝ: ita q̄ sit
 sibi dare p̄imū 7 sc̄dm 7 tertiū: quoz nullū est
 pars alteri? s̄ sic nō est de p̄tinuo nec i reuolu
 tionibus. Et ad p̄firmationē dico q̄ sicut i cō
 tinuo p̄manēt̄ qlibet ps finita 7 distincta ad
 dita alteri facit finitū: 7 tm̄ in isto p̄tinuo sunt
 infinite partes actu extra cām suā. Ita qlibet
 reuolutio addita alteri sit finita: 7 tm̄ oēs reuo
 lutōes p̄iuncti sumpt̄ sunt infinite. Si dicat

Sec̄da ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Confirmatio

D
Responso ad p̄
mā rātionē.

Ad sc̄dam

Ad tertiā

Ad quartam.

E

quoniam reuolutio accepta ab ea distat alia in infinitum: et hec est yllis cuiuslibet singularis est vera: et reuolutioe bodierna distat alia in infinitum: et aliquid reuolutio distat in infinitum a reuolutioe bodierna et facio argumentum sicut prius de reuolutioe immediate sequente. Rursum idem argumentum est de partibus terminum. vnde omni pre terminum est alia pars minor. h est yllis cuiuslibet singularis est vera. Nam ista pre terminum est alia pars minor: et sic de singulis. est alia pars minor: quilibet pre terminum. De illa quoque utrum sit minima verum vero alia sit minor: si sit minima: quod ipsa est indiuisibilis. si sit alia minor: quod ista pars data non est minor: quoniam pre terminum: id dico quod in utroque argumento est fallacia figure dictionis: quod mutat modum supponendi: scilicet terminum confuse supponens terminum sub quo non contingit descendere in terminum supponens determinate sub quo contingit descendere. et sicut mutat terminum supponens confuse et distributive in terminum supponentem confuse terminum. nam in ista propositione a quocumque reuolutioe accepta distat alia in infinitum. hic ly alia reuolutio a pre predicari stat confuse terminum: sed in sequente quoniam in fert. et aliquid reuolutio distat in infinitum a quocumque reuolutioe accepta. h reuolutio supponit determinate per ista vel per ista: et id sub illa sic supponere contingit descendere: sic dicendo. et h reuolutio distat in infinitum a quocumque reuolutioe accepta hec vel illa. et sic est fallacia figure dictionis propter diuersum modum supponendi eiusdem termini a pre predicari in prima propositione et a pre subiecti in alia. eodem modo in prima propositione ly reuolutio accepta a pre subiecti quoniam sic dicitur a quocumque reuolutioe accepta distat alia in infinitum supponit confuse et distributive propter signum velle sibi additum a pre subiecti: et id sub ea contingit descendere. sed in sequente stat confuse terminum quoniam sic dicitur et aliquid reuolutio distat in infinitum a quocumque reuolutioe accepta: et id sub eo non contingit descendere. et id in omnibus talibus est fallacia figure dictionis penes quartum modum. Et si quoniam verum iste propositiones debent cedere aliquid reuolutio distat in infinitum a reuolutioe bodierna. A reuolutione bodierna distat alia in infinitum. dico quod prima est simpliciter neganda: quod ly reuolutio a pre subiecti supponit determinate per ista reuolutioe vel per illa. et id est simpliciter falsa: quod nec ista nec ista distat in infinitum a reuolutioe bodierna: sed scda est simpliciter procedenda: quod ly reuolutio a parte predicari supponit confuse terminum: et non determinate per illa reuolutioe vel illa. Et si dicas quod h sit vera a reuolutione bodierna distat alia in infinitum accipio illa et facio argumentum primum. Dico quod non potes accipere ea: quod sub ly aliquid posito a pre predicari non veniunt descendere. Eodem modo sol

ueda sunt argumenta consilia de partibus terminum. Alii potest dici et melius quod nunquam terminum confuse a pre predicari positus supponit confuse: nisi quoniam ponit signum vniuersale a pre subiecti. vel aliquis terminum reuolutioe cuius subiectum supponit confuse et distributive. et id forte utraque istarum est falsa aliquid reuolutio distat in infinitum a reuolutioe bodierna: et a reuolutioe bodierna distat alia in infinitum. quod in istis tamen a pre predicari quod a pre subiecti supponit reuolutio determinate pro ista vel pro illa reuolutioe. non sic autem est in istis aliqua reuolutio distat in infinitum a reuolutioe quilibet. A qualibus reuolutioe distat aliquid in infinitum. Et si dicat iuxta predicta in quolibet continuo sunt finite pres in actu: quarum quilibet includit perfectionem propria. quod quilibet continuum est infinite perfectionis intensiue. Potest dici quod si in terminum eent infinite pres in actu: quarum nulla esset ps alterius. ita quod eent dare primam. scda. et tertia. actua liter distinctas: tunc concluderet argumentum. sed in continuo non est sic: quod semper ibi pres duorum diuisorum sunt pres primorum diuisorum: et sic semper. et non est dare primam pre in continuo: quoniam sit alia prior. quod quocumque ps det adhuc est diuisibilis in parte pre. id non concludit argumentum. Sed adhuc videtur stare argumentum. quod continuum potest diuidi in duas medietates: et vna medietas in alias secundas medietates. et sic in infinitum et medietates inter se diuise distinguuntur realiter et totaliter. ita quod nulla est ps alterius. Et ergo tales medietates infinite actu sunt in continuo per te. ergo in continuo sunt infinite pres: quarum nulla est ps alterius. et sic erunt infinite. Ideo dico. licet in quolibet continuo sunt actualiter infinite pres: et infinite perfectiones: quarum nulla est alia modo predicto. quod tamen omnes iste perfectiones sunt nate facere vnam perfectionem finitam. id non sequitur quod continuum sit perfectionis infinite: non plus quam sequitur continuum habet partes quantitativas infinitas. est infinite quantitatatis. Et si quoniam quod potest intelligi quod infinite pres et perfectiones sunt in aliquo. et tamen quod illud compositum non sit infinite perfectionis. Rursum quod in quocumque sunt infinite pres eiusdem quantitatatis. ita quod sit ibi dare primam pre: quod non potest esse scda nec tertia. et eodem modo sit dare scda et tertia: ibi ex infinitate taliu partiu potest compositum argui in infinite perfectionis. sed vbi solam sunt infinite secundum proportionem siue eiusdem proportionis quantitatatis. quarum scda pars est ps prime. nec est ibi dare aliquam pre que ex natura sua sit magis prima quam scda: nec e conuerso. ibi ex infinitate taliu partiu non veniunt arguere compositum ex illis: esse infinitum. nec est alia causa querenda: nisi quia natura rei talis est bicinde. Et si dicas quod secundum primum pres in continuo sunt in potentia non in actu. Preterea si mundus fuisset

Instantia prima Secunda.

E

ab eterno et in fine reuolutões fuissent actua
liter p̄rāsitate: et de? in quolibet fecisset vnā di
uisione? p̄tinui fuissent infinite p̄tes actualiter
diuise a p̄tinuo et staret vna diuisione p̄terita ad
infinita: et adhuc esset diuisione infinita futura q̄
nūq̄ posset esse sine infinitate p̄fectōis. Pre
terea s̄m p̄bm est dare minimū naturale i quo
libet sicut minimā carnē. etiā illa caro h̄z infi
nitas p̄tes. Ad p̄mū r̄deo q̄ iō dicit p̄bus
q̄ sunt in potētia: q̄ nō sunt in actu separato.
nō aut̄ itelligit q̄ illo mō sunt i potētia q̄ aia
ant̄ip̄i est nūc in potētia q̄n̄ nihil est: q̄ si sic
nunq̄ posset cōponere res in p̄tinuo: q̄ intel
ligit q̄ sunt aliqd̄ extra cām suā. s̄ sunt in potē
tia: q̄ qlibet ps in p̄tinuo nō est quoddā totū
separatū p̄ se existēs. Ad aliū dico. p̄cedēdo q̄
p̄tes infinite actu fuissent diuise a p̄tinuo pos
sita p̄p̄t̄: et q̄ staret diuisione ad infinitas p̄
tes actu: et q̄ ille p̄tes essent adhuc diuisibiles
s̄ ex h̄ nō seq̄t q̄ totū cōpositū p̄tinuū ex p̄t̄is
q̄ p̄t̄is? sit infinite p̄fectōis p̄p̄t̄ cās dictas
p̄us. Ad aliud dico q̄ nō est dare minimū na
turale q̄n̄ semp̄ posset diuidi in p̄tes minores
in infinitū retēta eadē forma naturali. sicut p̄z
de carne q̄ nō est dare minimā carnē q̄ nō pos
set diuidi in minores in infinitū saltē p̄ potētiā
diuina. Et ad p̄bm dico. q̄ intelligit q̄ est da
re minimū naturale et minimā carnē q̄ nō p̄t
existere p̄ se et resistere agenti extrinseco corū
penti pura frigido et calido et c. ita q̄ si esset mi
nor caro nō poss̄t naturalit̄ resistere agentib?
exteriorib?: s̄ statim p̄pter defectū potētie resi
stendī cederet in cōtinuis sic q̄ corūperet for
ma carnis et iduceret forma noua alicui? alte
rius: s̄ posset de? suspendere actiōes agentiu
extrinsecorū et p̄seruare a corruptiōe et semp̄ di
uidere in p̄tes minores et minores in infinitū
ita q̄ tūc nunq̄ stabit diuisione ad minimā p̄tē
carnis. Nec q̄cumq̄ ps diuisa vel diuidēda ce
deret in cōtinuis p̄pter suspēsiōē agentiu extrin
secorū et cōseruatiōem carnis a corruptiōe.

Ad aliud argumētū p̄ncipale dico q̄ illd̄ ar
gumētū fundat sup̄ falsū: sc̄z q̄ oīa infinita sūt
equalia qd̄ falsum est posito p̄p̄t̄. Patuit
em̄ p̄us q̄ reuolutiōes solis p̄rāsitate sunt infini
te si mūdus fuisset ab eterno: et silr̄ infinite re
uolutiōes lune q̄ sunt plures q̄ reuolutiōes sol
is: et iō posita p̄p̄t̄ d̄z cōcedi q̄ infinitum
est mai? infinito et excedit ab infinito. et p̄ p̄ns
infinitū nō est egle infinito. et h̄ siue cōparet i
finitū ad infinitū p̄rāsitate: siue ad infinitū p̄rās
eundū. p̄z em̄ manifeste si mūdus fuisset ab et̄
no q̄ totū t̄ps p̄teritū copulatū ad p̄ncipium
hui? diei eēt infinitū actualit̄: et silr̄ totū t̄ps p̄
teritū copulatū ad finē hui? diei esset infinitū

Tertia

Ad p̄mā istātia.

Ad sc̄dam

Ad tertiam

Ad quintā rōnē
p̄ncipalem.

actualit̄. et t̄n̄ eēt maius q̄ totū t̄pus p̄teritū
copulatū ad p̄ncipū huius diei ad minus per
vnū diē esset maius. Eodē modo dico: q̄ totū
t̄ps p̄teritū copulatū ad p̄ncipū hui? diei: et
totū t̄pus futurū copulatū ad p̄ncipū hui?
diei nō sunt equalia: s̄ vnū est maius alio. s̄ qd̄
est maius et qd̄ min? difficile est nos iudicare.
Lū q̄ illa tota deductio fūdet sup̄ istā torā p̄
positiōē oīa infinita sunt cōtia: q̄ falsa est: ve
p̄batū est. manifeste p̄z: q̄ nō sequit̄ q̄ ps sit
maior toto. Ad aliū dico: q̄ nō sunt p̄cise tot
reuolutiōes future quot p̄terite data p̄p̄t̄
simplicit̄: s̄ sunt plures vel pauciores: sicut p̄z
ex dictis. Sed posito q̄ p̄cise sint tot. tūc dico
q̄ oēs reuolutiōes future nō possent p̄transiri
q̄ sunt infinite. q̄ istud est generalit̄ verū: q̄ i
finitū qd̄ est aliq̄ p̄rāsēundū nūq̄ p̄t̄ actua
liter p̄rāsiri: nec vnq̄ p̄t̄ dari vltimū hui? infini
tū. et hoc p̄p̄t̄ multitudine suā sp̄ accipiendā
